JOANNIS EMERICI
A ROSBACH IC.

De

COMPARATIONE JURIS CIVILIS, ET CANONICI

Tractatus,

IN QUO UTRIUSQUE DIFFERENTIA SEU DIVERSA CONSTITUTIO OSTENDITUR:

Cum

ANNEXIS DVABVS QVAESTIONIbus hùc apprimè ſpectantibus,

Et

INDICE RERUM ET VERBORUM ACCURATO.



ARGENTORATI,
Sumptib. Hæredum LAZARI ZETZNERI.
M. DC. XXXIIX.

INDEX TITULORUM

LIBRI PRIMI

De Perſonis.

I. De Jure Perſonarum. 4.
II. De patria poteſtate. 6.
III. De ſponſalibus. 6.
IV. De matrimonio. 7.
V. De affinitate. 11.
VI. De gradibus conſanguinitatis & affinitatis. 12.
VII. De concubinatu. 13.
VIII. De dote. 13.

LIBRI SECVNDI.

De Rebus.

I. De Rebus. 16.
II. De uſucapione ſeu præſcriptione. 18.
III. De donationibus. 20.
IV. De teſtamentis. 24.
V. De hæredibus. 26.
VI. De legato. 26.
VII. De quarta legitima & Trebelliana. 28.
VIII. De contractibus. 30.
IX. De pactis. 31.
X. De ſtipulatione. 35.
XI. De fidejuſſoribus. 35.
XII. De emptione. 36.
XIII. De emphyteuſi. 38.
XIV. De feudo. 39.
XV. De ſequeſtratione. 42.
XVI. De uſuris.

LIBRI TERTII.

De Judiciis.

PART. I.

I. De Judicio Civili & foro competente. 45.

II. De Juriſdictione. 47.
III. De Judicibus. 52.
IV. De arbitris. 54.
V. De actore & reo. 55.
VI. De procuratore. 56.
VII. De citatione. 58.
VIII. De miſſione in poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto. 60.
IX. De libello & actionibus. 61.
X. De dilationibus. 61.
XI. De exceptionibus. 62.
XII. De Juramento calumniæ. 64.
XIII. De litis conteſtatione. 67.
XIV. De poſitionibus & reſponſionibus. 69.
XV. De probationibus, & primùm de teſtibus. 69.
XVI. De Inſtrumentis. 72.
XVII. De Juramento. 72.
XVIII. De præſumptionibus. 73.
XIX. De fama. 74.
XX. De ſententia. 75.
XXI. De appellatione. 77.
XXII. De ſportulis, expenſis & fructibus. 79.
XXIII. De executione. 80.
XXIV. De reſtitutione. 80.

PART. II.

XXV. De Judicio Criminali. 82.
XXVI. De accuſatione. 83.
XXVII. De denunciatione. 86.
XXVIII. De inquiſitione. 87.
XXIX. De ſalvo conducto. 88.
XXX. De Carcere. 90.
XXXI. De confiſcatione. 90.
XXXII. De pœnis. 91.

JOAN-

JOANNIS EMERICI A ROSBACH. JC. CLARISSIMI TRACTATUS DE COMPARATIONE JURIS Civilis & Canonici.

Summaria.

1 *Quomodo res ab aliis ejuſdem generis differat, ex definitione conſtat.*
2 *Ius eſt ars boni & æqui.*
3 *Ius civile quid ſit.*
4 *Species Iuris Civilis, ex quibus conſtat.*
5 *Ius canonicum quid ſit.*
6 *Prima differentia inter Ius Civile & Canonicum: & quæ ſit cauſſa efficiens utriuſque, & n. 7.*
8 *Secunda differentia: & quod ſit objectum Iuris Civilis & Canonici, n. 9.*
10 *Tertia differẽtia: & quis finis Iuris Civilis.*
11 *Finis Iuris Canonici.*
12 *Effectus Iuris.*
13 *Suum quodq; Ius in ſuo foro ſervatur.*
14 *Qui ad incompetens tribunal cauſam trahit, ea multatur.*
15 *In ſpiritualibus, & cauſsis quæ peccatum ac periculum animæ concernunt, indiſtinctè Ius Canonicum in utroq; foro obſervatur.*
16 *In civilibus unumquodq; ſervatur in ſuo foro, civile in terris Imperij: Canonicum in Eccleſiæ finibus.*
17 *Fallit ſi Ius Civile æquitatem ſtatueret, & Canonicum rigorem: Item quando caſus eſſet deciſus à Iure civili, & dubius de Iure canonico, & econtrà.*
18 *Tranſitio: & hujus tractatus diſpoſitio.*

CUm ex definitione qualibet non vitioſa, quomodo res † ab aliis 1
ejuſdem generis ſpeciebus differat, ſecernatur, & dignoſcatur, cuivis planum & perſpectum evadat: *Everhard. à Middelburg. loc. à definitione in princ.* Cic. *lib. 1. offic. Ioan. à Rebat. in Topic. Iur. lib. 1. cap. 2.* (Quorum enim definitiones diſcrepant, ea maximè differunt) *Ioan. Oldendorp. in topic. legal. loc. à definit. form. 2. argum. l. alia cauſſa eſt, in princ. ff. ſolut. matrim. junct. l. maritum in id. eod.* Principio nobis hîc Jus Civile & Canonicum, cujus Comparationem tractaturi ſumus, definire, & poſt ex collatione harum definitionum, differentias utriuſque elicere ac conſtituere placet.

Jus autem in genere † eſt ars boni & æqui; ſeu, divinarum & humanarum 2
rerum notitia, juſti, atque injuſti ſcientia. §. *Iuriſprudentia. Inſtit. de juſtit. & jur. l. 1. in princ. & l. Juſtitia. 10. §. 2. ff. eod.* Et pro inſtituto noſtro eſt duplex, Civile & Canonicum.

Jus civile eſt † quod quiſque populus ſibi ipſi de rebus actionibus civilibus, 3
ſeu legitimis, quæ ad vitam rectè & honeſtè degendam pertinent, conſtituit: §. *Ius autem civile. Inſtit. de jur. nat. nat. gent. & civil.* Quod neque in totum à naturali, vel gentium Jure recedit, nec per omnia ei ſervit, ſed cum aliquid addimus, vel detrahimus Juri communi, jus proprium, id eſt, civile efficimus: *l. jus civile. 6. ff. de Inſtit. & jur.* vocaturq; inde jus civile, quaſi Jus proprium ipſius civitatis, *d. §. jus autem*

Digitized by Google

civile, Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. Vel eſt commune alicujus populi ſeu Reipub.
præſcriptum, vel præceptum, jubens honeſta, & prohibens contraria, juxta quod
4 omnes cives vivere decet, *l. 1. & 2. ff. de legib.* Et hoc jus civile Romanum conſtat †
ex Legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Decretis Principum, Magiſtratuum E-
dictis, & Reſponſis Prudentum. *§. conſtat autem 3. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. &*
5 *Papinian. in l. Ius autem civile 7. ff. de Iuſtit. & Iur.* Jus canonicum, † quod civium
actiones ex regulis priſcorum patrum ad rectam vivendi normam, & finem æter-
næ ſalutis dirigere intendit, ut definit Paul. Lancelot. *in Inſtit. jur. canon. c. 1.* ſic à ver-
bo Græco κανὼν latine Regula dictum, quaſi dicas, Jus Regulare.

6 Hinc prima differentia inter jus civile & canonicum, ex cauſſa efficiente
conſtituitur. Nam Juris civilis † cauſſa efficiens eſt populus, vel magiſtratus civilis
ſeu politicus, penes quem eſt Juris condendi poteſtas: *l. jus autem civile 7. & l. omnes
populi 9. ff. de juſtit. & jur. l. 2. ff. de origin. Iur. l. 1. & 2. ff. de legib. l. 1. ff. de conſtit. princ.*
Juris verò Canonici eſt † Pontifex Romanus, Concilia & Patres. Ex horum enim
decretis, ſtatutis & dictis canones conflati ſunt, & conſtant. *Lancelot. c. 3. Inſtit. jur.*
7 *can. Abb. & alii in c. 1. de conſtit. & in rubr. proomnem decret.* Deinde differunt ra-
tione objecti ſeu materiæ: Juris objecta dicuntur eſſe perſonæ, res, & actiones
8 ſeu judicia. *§. ultim. Inſtit. de Iur. natur. gent. & civil. l. 1. de ſtat. homin.* Jus † civile
verſatur circa perſonas, res & actiones civiles, ſeu legitimas, vel acta & facta poli-
tica: *d. l. 1. & d. §. ult.* Canonicum verò in clericorum perſonis, & rebus ſpirituali-
bus principaliter occupatum eſt, & conſequenter ſeu acceſſoriè temporalia quo-
que tractat, in quantum illa ſine his eſſe, & in ſuo ſtatu diu permanere non poſ-
ſunt, *c. ſi quis objecerit cauſ. 1. q. 3.* Jus igitur Canonicum non eſt merè practicum,
nec politicum, ut Civile, ſed Eccleſiaſticum, & partim ſpeculativum.

9 Unde etiam non ſimpliciter Ethicæ ſubjicitur, ſed ad Methaphyſicam
quoque ejus ſcientia extenditur, pertinet, & refertur, ut tradunt Summiſt. *in ſuis
prælud. & Abb. in proœm. decret. in cap. 1. de Iuram. calumn. in c. qualiter & quando, de*
10 *accuſat.* Denique ratione finis † & effectus differentia inter hæc jura ponitur.
Jus civile eò refertur, ut quàm beatiſſima ſit Reſpublica: ut omnes cives eadem
Juris æquitate regantur, tranquillè vivant: juſti ab injuria aliorum defendantur,
& mali condignis pœnis coërceantur: Vel ut, juxta trita Juris præcepta, Honeſtè
vivamus, Alterum non lædamus, & Suum cuique tribuamus, *§. Iuris præcepta. 3.
Inſtit. de Iuſtit. & Iur. Cic. lib. 2. & 3. Offic. & lib. 3. de Finib.*

11 Jus Canonicum † ulterius conatur civium actiones protendere, & ad ſum-
mum hominis bonum, felicitatem & ſalutem æternam, dirigere, ut videre licet,
ex volum. decret. & multis aliis locis ejus Juris, maximè *ex c. cum contingat, de Iu-
rejur. cap. fin. de præſcript. cap. 2. de pact. cap. 1. de ſumm. Trinit.* Effectus tàm Ca-
nonici Juris quàm Civilis varius quoque eſt. Nam licet Jus in genere omnes ad
12 obedientiam † vel ad pœnam obliget: *l. 2. & l. legis virtus 7. ff. de legibus. Felin. cap. 3.
num. 5. de Iurejur.* Non tamen utrumque Jus vim & effectum eundem in aliis ob-
tinet, nec omnes æquè obligat ubiq; & indiſcriminatim, ſed ſuum quodque Jus in
13 ſuo foro † audientia & Juriſdictione ſervatur, *gl. & Doct. in cap. licet. ex ſuſcepto,
de for.*

Digitized by Google

de for. competent. Bartol. Bertazol. in repetit. l. ſi quis major, Cod. de tranſact. quæſt. 2. num. 29. & 30.

Quantum verò noviſſe attineat Canonicum, in propoſito caſu obſervandum, vel quodnam alteri præferendum ſit, ſatis exploratum habent ij, qui in foro & praxi quotidiè verſantur, ubi res Eccleſiaſticæ ſæpè cum civilibus miſcentur & tractantur. Cùm enim res quælibet ad ſuum forum & judicium competens pertineat, adeò ut qui ad incompetens tribunal cauſſam trahat, ea mulctetur. *l. in criminali. Cod. de Iuriſdict. omn. judic.* eique judici, qui ultra Juriſdictionem ſuam Jus dicere velit, impunè non pareatur: *l. ultim. ff. de Iuriſdict.* non tantùm quid de propoſita quæſtione Jus Civile vel Canonicum ſtatuat, ſed etiam, ſi diverſa ſit inter utrumque diſpoſitio, utrum ſequendum, & ad quod forum cauſſa trahenda, ſpectandum eſt. 14

Diſtinguunt verò pro ſolutione hujus quæſtionis, ita ferè communiter: Aut quæſtio, vel cauſſa controverſa, eſt de rebus ſpiritualibus, † & ejuſmodi cauſis, quæ peccatum ac periculum animæ concernunt, quo matrimonia, *gl. in §. hactenus. in verb. generata. ubi Doctor. Inſtit. de gradib. cognat. c. cum venerabilem. c. ad audientiam. cap. fin. de conſuet. c. 1 eod. in 6. & in Auth. de Eccl. tit. in pr. Schurf. conſ. 1. n. 16. cent. 1. & conſ. 83. n. 11. cent. 3.* juramenta, *c. 2. de Iurejur. in 6. Imol. in c. cum contingat n. 3. & 6. de jurejur. Weſenb. conſ. 23. n. 28. Iaſ. in Auth. ſacramenta, n. 24. C. ſi adverſ. vendit.* præſcriptiones, *Bald. tract. praſcript. in pr. & 2. part. 4. partis principal. q. 2. n. 2. Dec. conſ. 144. mature. n. 4. Cæpol. de ſervit. urban. præd. c. 14. n. 7.* & uſuras, referunt, & tùm indiſtinctè jus canonicum in utroque foro, tàm Eccleſiaſtico, quàm civili, obſervari volunt, *c. novit. de judic. gloſſ. in cap. 2. de reg. jur. in 6. Weſenbec. conſ. 44. num. 37.* Aut verſamur in † cauſſis civilibus, & tùm aut ſumus in terris Imperii, & jus civile obſervamus: aut in terris Eccleſiæ, & jus canonicum ſequimur, *gloſſ. in c. cum eſſes extr. de teſtam. Abb. in cap. 1. de oper. nov. nunciat. gloſſ. & Doct. in c. licet ex ſuſcepto, de for. comp. & Bart. in l. privilegia, & l. omni novatione, C. de ſacr. Eccleſ.* Quod ſi tàm jus civile æquitatem ſtatueret; † jus verò canonicum rigorem, jus civile potius, quàm canonicum, etiam in foro Eccleſiaſtico, ſervandum eſſet, *ita tenet Felin. in c. in cauſis, col. 1. de teſtim.* Item quando caſus eſt apertè deciſus à jure civili: at in jure canonico, vel non definitus vel incertus aut dubius, ſervatur jus civile in utroque foro, & econtrà. *Robert. Marant. de ordin. judic. part. 3. num. 57. Schneid. in Inſtit. tit. de nupt. in princ. num. 1. in quæſtione eſtne in computat. &c. & tit. de interdict. in pr. n. 21. Sichard. in l. pactum dotali 3. n. 2. C. de collat. Weſenbec. conſil. 43. nu. 58.* ubi dicit: Si res non inveniatur jure civili apertè deciſa, & per canones expreſſim definita ſit, quod hoc in caſu etiam in foro civili jus canonicum attendendum ſit, *per c. 1. & 2. de oper. nov. nunciat. l. privilegium C. de ſacroſ. Eccleſ. Iaſ. in l. præſcriptione. n. 23. C. ſi contra jus vel utilit. public.* 15 16 17

Et hæc de utriuſque † differentia in genere; Nunc in ſpecie ſingulorum terminorum comparationes ſeu differentias, pro diverſa Juris conſtitutione, ordine perſequamur: rationibus quoque per quas veritas habetur, *l. ſolut. Cod. de teſtib. ubi Doct. l. ſcire ff. de legib.* & quæ inſtar legum ſunt, *l. cum ratio. de bon. damnat. cap. conſuetudo, diſtinct. 1. Bald. in l. ſi quis ſervo. numer. 7. Cod. de furt.* 18

Digitized by Google

Panorm. in c. ratio nulla in princ. extr. de præben. utriuſque Juris conſtitutionem comprobabimus: & denique, utrum Jus civile vel canonicum, in iſta diverſitate, in foro ſeu praxi hodiè obſervetur, ubi opus erit, & ex prædicta quæſtione non quivis facile dijudicare poterit, adjiciamus. Hanc meam operam, ut æqui boni que accipias, Lector, velim.

DE PERSONIS.

LIBER PRIMVS.

Titulus I.

DE JURE PERSONARUM.

Summaria.

1 *Omne Ius vel ad Perſonas, vel ad Res, vel ad Actiones, ſeu Iudicia, pertinet.*
2 *Illegitimè nati ad ſecularia officia admittuntur: non itidem ad ordines & honores Eccleſiaſticos.*
3 *Dignitatum portæ infamibus & vilibus perſonis patere non debent.*
4 *Quæ requirantur, ut quis ad ordines & dignitates Eccleſiaſticas aſpirare poſſit.*
5 *Mores ſcientiæ præferendi ſunt.*
6 *Quando Epiſcopus in his diſpenſare poſſit, & quando non.*
7 *Aſſeſſores Cameræ ex legitimo matrimonio prognatos eſſe oportet.*
8 *Patronus laicus, præſentans indignum, non privatur ſuo jure: Sed clericus patronus per hoc privatus dicitur ipſo jure.*
9 *Patrono laico quatuor menſes ad præſentandum conceduntur: clericis vero ſex menſes.*
10 *An proviſio præſentandi ad ſuperiorem devolvatur, quando indignus præſentatur.*
11 *Iure Civili capitis diminutio quid ſit, & quotuplex, & quid de jure canonico ac conſuetudine, n. 12.*

1 CUm omne Jus † vel ad Perſonas, vel ad Res, vel ad Actiones, ſeu Judicia, pertineat, *§. ult. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. l. 1. ff. de ſtat. homin.* rectè me facturum putavi, ſi juxta hæc tria Juris objecta comparationem noſtram Juris utriuſque, civilis & canonici, inſtituerem, & ordine procederem: ut in quo maximè diſcrepent inter ſe, cuivis facilè ſuo loco inveſtigare liceat. Prius autem de Perſonis, ut quarum cauſſam jus conſtitutum eſt, videamus.

2 Comparatio I. Jure civile † illegitimè nati à ſecularibus officiis & dignitatibus non excluduntur. Ratio, quia delictum patris, filio nocere non debet, *l. 2. §. nullum, & l. Spurij, § penult. l. generaliter, §. Spurios. ff. de decurion. l. ſancimus C. de pœnis. Hartman. ab Epping. practic obſerv. in miſcellan. c. 2. obſerv. ult. n. 2.* Jure verò canonico illegitimi ad ordines & honores non admittuntur, *c. teſtamentum 1. & c. ſed*
3 *penſandum eſt 2. diſt. 6. part. 1. decret. 1.* Ratio, quia † dignitatũ portæ infamib s & vilib. ejuſmodi hominibus, quorũ famæ apud viros ſpectatos & laudatos laborat, nec integra habetur, patere non debent, *c. infamib. de reg. jur in 6.* Proinde, ut quis
4 ad illam ordinum dignitatem & prærogativam † aſpirare poſſit, tria requiruntur: Primò ſcientia, deinde morum honeſtas. Scientia enim haud laudabilis cenſetur,
5 quam vitæ turpitudo maculat, adeo ut etiam mores † ſcientiæ præferendi ſint. *l. magiſtros, C. de profeſſor. & medic. lib 10. l. 2. C. de dignit. lib. 12. & ibi Bart.* Denique legitimè ut natus ſit, *Abba. in c. præſentium, & c. literas, de filiis presbyter. Hartm. d. obſerv.*

obſerv.ult.n.4. Spec.tit.de diſpenſat.§.1.nu.de epiſcoporum. n.31. ubi diſtinguit: Aut illegitimus religionem ingreditur, aut in ſeculo remanet. Priori caſu ad ordines promoveri poteſt, etiam ſine diſpenſatione aliqua, *per c.1. cum ſuis concordant. d. tit.de filiis presbyter.* quod per ingreſſum monaſterii legitimatus cenſetur, *Ita Bald. in l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.ex Iaſ.in l.filiusfam.ff.de liber.& poſthum.* ſicut olim filius ſpurius vel naturalis per oblationem curiæ legitimabatur, *Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt. defer.§.1.& ibi gl in verb.curiæ.* ſed ad dignitates & honores Eccleſiaſticos, ad beneficia cum cura & ordines ſacros, ſine diſpenſatione provehi nequit, *d.c.1.ibi prælationes vero.& c.fin. de filiis presbyt.* Altero caſu Epiſcopus cum eo ex magna † quidem cauſſa diſpenſare poteſt ad ſacros ordines, & ad beneficia minora ſimplicia: quoad prælationes autem, dignitates, perſonatus & alia beneficia, curam animarum habentia, non item: ſed ſolus Papa jus diſpenſandi habet. *d.c.fin. & c.ex tua c.ad abolendam ext.eod.* Sic nec doctoris titulo inſigniri poteſt: quia Doctoratus eſt dignitas, *ut dicit Bart.in proœm.C.& in l.1.C.de dignit.lib.12. Mynſin.cent.4 obſerv.31.* nec Conſiliarius Principis eſſe poteſt. *ſecundum Bald.in l.cum legitur.ff.de ſtatu hom.* Unde in Cameræ quoque Ordinat.requiritur quod Aſſeſſores † ex juſto & legitimo matrimonio nati ſint *part.1.tit.4. Mynſing.d.obſer.31.* 6 7

Comparatio II. Patronus laicus licet præſentet indignum, † tamen ſuo Jure, ſeu poteſtate præſentandi non privatus, nec privandus. Sed ſi collegium Eccleſiaſticum, vel clericus patronus eligat, vel præſentet indignum, eſt ipſo jure privatus, vel ſaltem privandus, *c.cum vos.4. extr.de offic.jud.ordinar.& ibi gl. in verb. minus idonea.c.cum in cunctis, de elect. adde l.cum quidam,& ibi not. per Bart ff.de legat.* Ratio differentiæ: Quia laico patrono quatuor tantum menſes ad † præſentandum à vacationis tempore, indulgentur & conceduntur. *c.cum propter. de jur. patronat.* Collegio verò ſive clericis ſex menſes largiuntur. *c.nulla. de conceſſ præben.* Unde fit illa compenſatio, ut, quia laici gravantur in tempore, releventur in alio: & clerici puniantur eligendo vel præſentando, quod in tempore majori honorentur. Deinde quod clericos magis diſcretos eſſe, juraq; ſcire decet, quàm laicos. *gl. in d. c.cum vos, in verb.minus idoneæ.* Videtur tamen ſecundum jus civile, quod proviſio, & facultas præſentandi, ad ſuperiorem devolvatur, † quando indignum præſentat laicus patronus. *per auth.de ſanctiſſ. Epiſcop. c.ſi quis oratorii.18.tit.6.collat 9. novell. conſtit.123.* Sed in hoc ſtandum eſt jure canonico, *gloſſ.in d.c. cum vos. in verb. minus idoneæ, in fine.* 8 9 10

Comparatio III. Jure civili capitis † diminutio, hoc eſt, prioris ſtatus mutatio, *Inſt.de cap dimin.in pr.& l.1. ff.de cap.minut.* eſt triplex: maxima, media & minima. *d.tit.Inſt.de cap.dimin. in pr.& l.capitis 11.ff.de cap.minut.* Maxima, cùm libertatem, civitatem & familiam quis amittit. Media, cum civitas amittitur, retenta libertate. Minima cum libertas & civitas retinetur, ſed familia vel ſtatus hominis tantùm mutatur. *d l.capitis,& §.maxima cum ſeqq.Inſt.eod.* De Jure verò Canonico † ejuſmodi ſtatus mutationis genera non habentur, ut nec de conſuetudine Germaniæ, quæ veros ſervos nunquã habuit, uſu recepta ſunt: maximè hodie inter Chriſtianos, ubi ſervitus antiqua jamdudum ubique ſublata eſt: eoq; noviſſimo jure ex ſupplicio ſervus pœnæ nemo amplius reddatur. *Novell 22.* 11 12

Digitized by Google

TITULUS. II.

DE PATRIA POTESTATE.

SUMMARIA.

1 *Patriciatus & Epiſcopalis dignitas filium à patria poteſtate ſolvit, jure civili.*

2 *De jure canonico etiam titulus inferior ſacerdotii, vel clericatus, & quomodo hoc intelligendum. ibid.*

3 *Bona à clerico acquiſita, quaſi caſtrenſia cenſentur, eoque patri non acquiruntur.*

4 *Patria poteſtas non ſolvitur per adultam ætatem filij jure civili: ſecus eſt de jure canonico.*

5 *Filiusfamilias ſine conſenſu patris matrimonium contrahere non poteſt, nec voti libertatem habet Iure Civili: de jure canonico ei licet.*

1 COmparatio I. Patriciatus † dignitas filium famil. à patria poteſtate liberat. *§. filiusfamilias, Inſtit. quib. mod. jus patri. ſolvit. & l. fin. C. de conſulib. lib. 12.* Sic Epiſcopalis dignitas patriam poteſtatem ſolvit. *Auth. ſed Epiſcopalis, C. de Epiſc. & cleric.* non item titulus aliquis inferior Eccleſiaſticus. *Auth. presbyteros, d. tit. C. de*
2 *Epiſc. & cleric.* Jure verò canonico etiam † titulus inferior ſacerdotii vel clericatus patriam poteſtatem tollit. *c. per venerabilem. in princ. quia filij ſint legit. c. voluntate. § ult. de ſent. excommunic. gl. in c. indecorum, de ætat. & qualit.* Quod tamen rectè intelligi debet, quoad ſpiritualia, non item quoad temporalia, patrimonialia & profectitia. *l. ſacroſancta, ubi Bald. & alii, C. de Epiſcop. & cleric.* Unde Pater in
3 bonis, quæ filiusfamil. † poſt clericatum acquiſivit, non habet uſumfructum, ſed quaſi caſtrenſia cenſentur. *d. l. ſacroſancta, & ibi Bald.* Hinc etiam fit, quod clericus in ſpiritualibus, ſine conſenſu patris agere poteſt. *c. ſi annum, de jud. in 6.*

4 Comparatio II. Patria poteſtas † non ſolvitur jure civili, per ætatem filii adultam, vel virilem, ſed, niſi emancipetur, ad mortem uſq; in poteſtate remanet. De Jure verò Canonico per adultam ætatem liberatur, ita ut ſine conſenſu patris nuptias contrahere, & ordines atque officia Eccleſiaſtica ſuſtinere, nec non juramenta & vota præſtare poſſit *c. puella, cauſ. 22. quæſt. 2. & c. trib. cauſ. 23. q. 3. part. 2. decreti gl. in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cleric.* Cum de jure civili filiifam. ſine † conſen-
5 ſu matrimonium non rectè contrahant, *Inſtit. de nupt. in princ. & l. 2. ff. eod. l. unic. §. oportet. Cod. de rapt. virg.* nec voti libertatem habeant. *l. ſi quis. 2. §. voto. 1. ff. de pollicit.*

TITULUS III.

DE SPONSALIBUS.

SUMMARIA.

1 *Arrhas ſponſalium nomine datas omittit, qui matrimonium perficere recuſat, Iure Civili.*

2 *Diſtinguitur tamen inter arrhas datas & acceptas: item inter majorem & minorem.*

3 *Iure canonico, ſicut pœna ſtipulatio in ſponſalibus locum non habet, ita nec arrha.*

4 *Ius civile ea tantum ſponſalia agnoſcit, quæ ſunt de futuro matrimonio contrahendo.*

5 *Ius Canonicum ea quoq; ſponſalia dicit, quæ fiunt de præſenti matrimonio.*

Compa-

Digitized by Google

Comparatio I. Si quis arrhas † ſponſalium nomine det vel accipiat, & poſteà 1
ſine cauſa renunciet, vel recuſet matrimonium perficere, non poteſt eas jure
civili repetere. *l. fin. C. de ſponſalib. l. Titia, §. item reſpondit. ff. de verb. oblig. l. libera. ma-*
trimonia, 2. C. de inutili ſtipulatione. Diſtinguitur tamen hoc caſu: Nam ſi ille, qui de- 2
dit arrhas, ſolvat ſonſalia, amittit ea. Si verò ille ſolvat, qui accepit arrhas, non
modò amittit acceptas, verum etiam tantundem de ſuo reddere, & ſic duplicatas
reſtituere tenetur, ſi major ſit, 25. annis: ſi minor, ad reſtitutionem tantum acce-
ptarum tenetur. *Dd. in l. Titia, & ibi Bartol. num. 4. cum ſeqq. ff. de verb. oblig. Vital. de*
Camban. in tract. clauſ. ſub rubric. de mente matrimonii. De jure verò canonico,
† ſicut pœnæ ſtipulatio, in ſponſalibus locum non habet, nec tenet; Ratio, quia 3
matrimonia debent eſſe libera. *c. gemma. 29 extr. de ſponſalib. & matrim c. inter cor-*
poralia. de tranſact. Ita nec arrha; quia eadem eſt ratio utrobique: Ergo eadem
debet eſſe prohibitio. Ita arguit gloſſ. *in d. c. gemma, in verbo. ſtipulatio per c. cum*
dilecta, de confirmat. ubi tamen ſecus eſſe dicit ſecundum leges. Cæterum Ab-
bas & alii canoniſtæ arrhas ſponſalitias, ut rem favorabilem, admittunt, *in d. c.*
gemma.

Comparatio II. Jure civili ea ſola † ſponſalia dicuntur, quæ ſunt promiſ- 4
ſiones de futuro matrimonio contrahendo. Nam ita definiuntur, *in l. 1. ff. de ſpon-*
ſalib. quod ſunt mutua repromiſſio futurarum nuptiarum, inter eos rectè facta,
quibus jure licet. Jus verò Canonicum etiam ſponſalia † ea dicit, quæ de præ- 5
ſenti matrimonio contrahendo fiunt, quæ jure civili nihil aliud ſunt, quàm ipſæ
nuptiæ. Et ſic canoniſtæ ſponſaliorum genera duo conſtituunt: Quædam enim
dicunt ſponſalia de futuro, quædam de præſenti. *c. penult. ext. de ſponſal.*

TITULUS IV.

DE MATRIMONIO.

SUMMARIA.

1 *Matrimonium liberorum, ſine conſenſu parentum contractum jure canonico ſubſiſtit, & valet, de honeſtate requiri ſaltem volunt canoniſtæ, num. 16.*

2 *Patria poteſtas in ſpiritualibus non attenditur.*

3 *Ius verò civile omninò conſenſum patris in filiorum nuptijs contrahendis requirit.*

4 *Ratio hujus juris civilis & naturalis.*

5 *Ius civile hoc caſu, uti jure naturæ & divino congruens, in utroq; foro meritò ſe[…]vandum.*

6 *Quod conſenſus parentum etiam de jure canonico requiratur, diſputatur à quibuſdam, de quibus remiſſivè.*

7 *Inter ſervos & ancillas jure civili non poteſt eſſe connubium, ſed contubernium. Ratio, ibid.*

8 *At Ius Canonicum inter hos conjugium quoque legitimum ſtatuit.*

9 *Inter liberas perſonas cohabitantes jure civili nuptiæ potius, quàm fornicatio præſumitur: ſecus de jure canonico.*

10 *Filiusfa. invitus ad matrimonium compelli non poteſt. At filia, patri honeſto viro eam elocanti obſequi tenetur jure civili.*

11 *Ratio diverſitatis.*

12 *Iure canonico indiſtinctè conſenſus liberorum plenus requiritur. Ratio, ibid.*

13 *Quid ſi pater filiam ſub certa pœna vel juramento alicui in uxorem promittat.*

14 *Mulier intra annum luctus nubens, ex conſtitutione Iuris Civilis fit infamis.*

15. Rati

15 *Ratio Civilis, ne ſanguis polluatur, neve de prole dubitetur.*

16 *Iure Canonico nullam famæ notam ob id ſubit: & ratio ejus, ibid.*

17 *Inter raptorem & raptam matrimonium eſt interdictum Iure Civili, at Iure Can. permiſſum.*

18 *In contrahendis nuptiis pubertas & quidem ætas 14. annor. in maſculis, & 12. in fœminis requiritur Iure Civili.*

19 *Ius verò Canonicum pubertatem illam non ex ipſo ætatis numero, ſed potentia coëundi dijudicat.*

20 *Matrimonium inter tutorem & pupillam interdictum Iure Civili. Ratio, ibid.*

21 *Iure verò Canonico permiſſum, nec ratio Iuris civilis obſtat.*

22 *Sic inter Præſidem & ſibi ſubjectum: Item inter ſenatorem & vilem perſonam Iure Civili matrimonium prohibitum eſt: at Canonico permiſſum.*

1 COmparatio I. In contrahendis liberorum † nuptiis de Jure Canonico con-
ſenſus patris non neceſſarius ducitur, vel requiritur. *c. ſicut bonum eſt. 1. cauſ.*
77. q. 1. part. 2. decret. & cauſ. ſufficiat. 27. q. c. 2. c. 1. Ubi text. ait: Sufficiat ſolus ſecun-
dum leges, ſc. canonicas conſenſus eorum earumve, de quorum quarumq; con-
ſenſu, & conjunctionibus agitur. Et *c. 1. de deſponſ. impuber. & cap. penult. ext. de rapt.*
Ubi text. dicit. Non dicitur raptus, ſed matrimonium, ubi vir habuerit mulieris
aſſenſum, licet parentes reclamaverint, à quibus dicitur quis eam rapuiſſe. *c. hoc*
Sanctum 32. q. 2. & ibi gl. Quod & Synodus Tridentina *ſeſſ. 24. decret. 51.* expreſſe
confirmavit. Teſtatur hoc quoq; clarè gloſſ. *in l. Paulus ff. de ſtat. hom.* quæ dicit, ho-
diè Jure Canonico matrimonium valere, ſine Patris conſenſu. Et ita communiter
tenent Canoniſtæ, quorum ſententiam defendunt Didac. *in ſua Epitom. par. 2. c. 3.*
§. Octavus. num. 1. & Anton. Gubert. Coſtavus. *quæſt. jur. lib. 1. c. 2.* Ratio eſt Juris Ci-
2 vilis, quia patria poteſtas † hoc jure in ſpiritualibus, ut matrimonium habetur,
non curatur aut attenditur. *c. fin. § fin. de jud. in 6. Gail. lib. 2. obſerv. 38. nu. 11.* Jus ve-
3 rò Civile omninò conſenſum † parentis requirit in nuptiis liberorum, qui in po-
teſtate ejus ſunt, *Inſt. de nupt. in princ. & l. nuptiæ. 2. & l. nuptiæ. 18. ff. de ritu nupt. l. nec*
filium. 12. & l. in conjunctione. 20. C. de nupt. in tantum, ut juſſus parentis præcedere
4 debeat. Ratio hujus Juris duplex, Civilis & Naturalis. Civilis † ratio, quia libe-
ri in poteſtate parentis ſunt Jure proprio Romanorum. *§. 1. Inſt. de patri. poteſt.* Na-
turalis ratio; quia parentibus parendum, *§. 1. Inſtit. de nupt. d. l. Paulus. ff. de ſtat.*
hom. l. in ſponſal. § 1. ff. de ſponſal. Et quod ita parentum in contrahendis nuptiis &
ſponſalibus liberorum, conſenſus neceſſarius ſit, non ſolum Jure Civili, ſed &
Divino ſatis conſtat, *ut Exod. c. 21. & 22.* Ubi hæc poteſtas elocandi liberos paren-
tibus tribuitur. *Deut. c. ult. Ierem. 29. Eſdr. 6. 7. Eccleſ. c. 2. & 7. Proverb. Salom. c. 1. & 6.*
Coloſ. 3. Luc. 2. ſub fin. Epheſ. 6. Iud. c. 14. Theſ. c. 6. Geneſ. 24. & 28. Jus ergò hoc Civile,
5 quod cum Jure naturali & divino congruit, in utroque foro, † Civili non ſolùm,
ſed etiam Eccleſiaſtico, meritò ſervandum & ſequendum eſt. Nam jus naturæ, ut
& divinum cum ſit immutabile, & omnes æquè obliget, nullâ authoritate vel diſ-
poſitione humana everti, labefactari, vel tolli poteſt. Hoc animadvertentes Ca-
noniſtæ, ita ſummum illud Jus Canonum limitant & excuſant, ut licet ſummo
hoc Jure conſenſus parentum non neceſſarius ducatur; tamen de æquitate & ho-
neſtate quoque eundem requirant. *Panorm. & Canoniſt. in c. veniens. de ſponſ. facit c.*
non omnis. 32. q. 2. ubi dicitur, quod paternus conſenſus deſideretur in nuptiis, *& c.*
honorantur. 32. q. 2. & c. noſtrates. 30. q. 5. Ita quoq; ſentit Oldendorp. *4. claſ. actionum*
act. 26.

Digitized by Google

act.16. & Corraſ. *lib. 1. Miſcell. cap. 17.* ubi ingenioſè diſputat, & probat, non ſolùm Jure Civili, ſed etiam Jure Canonico † parentis conſenſum requiri, & noviſ- 6
ſimè Adrianus Pulvæus, *in tract. de nupt. ſine conſenſu parentum non contrahen. lib. 1. num. 43. cum ſeq.*

Comparatio II. Jure Civili cum ancillis † non poteſt eſſe connubium, ſed 7
contubernium: ex quo ſervi naſcuntur. *l. cum ancillis. 3. C. de inceſt. & inutilib. nupt.* Ratio, quia ſervi Jure Civili pro nullis habentur, *l. quod attinet ff. de reg. jur.* nec quæ Juris Civilis ſunt, in ſervum cadunt. *l. in perſonam, & ibi Dec. ff. de reg. jur.* Connubium verò cum ſit Juris Civilis: juſtas enim nuptias inter ſe Cives Romani tantùm contrahunt, *Inſt. de nupt. in princ.* Sequitur, quòd inter ſervum & ancillam jus illud connubii non ſit. Unde etiam ſervorum conjuges non uxores, ſed contubernales dicebantur. *l. uxores. § codicillis. ff. de legat. 3.* De Jure verò Canonico † 8
etiam juſtum & legitimum matrimonium inter hos contrahitur. *c. 1. & tot. tit. extr. de conjug. ſervor.* Ratio, quod conjugium ſit juris naturalis & divini, cujus ſervi æquè ac liberi homines participes ſunt. Et in hoc, Juri Canonico hodiè ſtatur.

Comparatio III. Si quis cum libera † muliere conſuetudinem habeat, ſeu 9
cohabitet, & filios ſuſcipiat, nuptiæ potius, quàm concubinatus, inter illos præſumuntur Jure Civili. *l. in libera. 24. & ibi gloſſ. ad verb. intelligendi. ff. de rit. nupt. l. ſi vicinis. C. de nupt. Weſenb. conſil. 44. num. 28.* Jus verò Canonicum fornicationem potius præſumit, niſi nuptiarum ſolennitas probetur. *c. illud quoque. ut ibi gloſſ. in verb. uxorem & communiter Dd. de præſumpt. Felin. in c. per tuas in fine. de probat. & Dd. in d. l. ſi vicinis. Weſenb. d. conſ. 44. nu. 29. & 30.*

Comparatio IV. Filiusfam. invitus † ad uxorem ducendam, vel matrimo- 10
nium contrahendum cogi non poteſt à patre, legum diſciplina. At filia patri obſequi tenetur, ſi honeſto viro elocare velit: ſecus ſi inhoneſto: Tum enim juſtam repugnandi cauſſam habere cenſetur, quando ei turpis ſponſus vel indignus genere, & moribus maritus obtruditur. *l. nec filium. 12. & l. neque ab initio C. de nupt. Authent. ut cum de appellat. cognoſc. cap. 3. §. ſi alicui. 11. tit. 16. collat. 8. Novell. 115. l. ſed ea, & ibi gloſſ. & l. filiofam. ff. de ſponſalibus.* Ratio diverſitatis videtur, † quod ma- 11
gis ſit in fœminis, quàm in maſculis imbecillitas. *l. ſi pater. 4. in fin. C. de ſponſalibus. l. vidua. 18. & l. in conjunctione. 20. Cod. de nupt.* De Jure verò Canonico, nec filia conſentire patri cogitur, ſed indiſtinctè conſenſus † tàm filii, quàm filiæ requiri- 12
tur. *c. cum locum. c. requiſivit. de ſponſalibus. c. tua fraternitas. 1. de deſponſat. impuber. c. ſufficiat cauſ. 27. quæſt. 2. part. 2. decreti.* Ratio, quia matrimonia debent eſſe libera, & pleno conſenſu contrahentium conſtare. *c. Gemma. 29. extr. de ſponſal. & matrimon. c. inter corporalia, de tranſact.* Etiamſi Pater ſub certa pœna † filiam in u- 13
xorem elocare alicui promittat. Nam cum ejuſmodi coactiones ſæpiſſimè in triſtem exitum ceſſerunt, filia ad hoc conſentire non cogenda: nec etiam tùm pater, quando filia repugnat, & nullo modo perſuaderi poteſt, pœnam ſolvere tenetur. *c. gemma: de ſponſal.* Imò etiamſi juramento promiſerit Pater. Illud enim hanc interpretationem recipit, ſi filia conſentiat, ſi non, nec ipſa cogenda, nec pater perjurus efficitur, ſi modò omnem movit lapidem, & quantum potuit, adhibuit diligentiam erga filiam. *Panormit. in c. ex literis, de ſponſal. Schurff. cent. 1. conſ. 15 per*

B *doctri-*

Digitized by Google

doctrinam in §. ſi quis alium. Inſt. de inutilib. ſtipulat. & l. Titia. ff. de verb. oblig. c. 2. cauſ. 31. quæſt. 2.

14 Comparatio V. Mulier, † quæ intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſit, ex conſtitutione Juris Civilis notam infamiæ incurrit, *Auth. de reſtit.* & *ea quæ parit. c. final. in fin. tit. 18. coll. 4. Novell. 39. l. ſi qua mulier. 1. C. de ſecund. nupt. l. conſenſu §. ſi verò. C. de repud. l. liberorum. §. & ſi talis ſit. 1. ff. de his qui notant. infam.* Ra-
15 tio hujus Juris, † ne ſanguis polluatur, nevè de prole dubitetur. *d. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui notant. infam. l. conſenſu. §. Si verò C. de repud.* De Jure verò Canonico †
16 nullam infamiam ſubit, etiamſi intra annum nubat mulier. *c. penult. & c. fin. de ſecund. nupt.* Ratio, quia mulier ex Jure Divino. *1. Corinth.* mortuo viro ſuo ſtatim ſoluta eſt à lege viri ſui: denique nubat in domino, cui voluerit. Luctus à mulieribus potius, quàm viris, maximè inter nobiliores perſonas, de conſuetudine plerunque obſervatur. Honeſtatis tamen gratia majus tempus.

17 Comparatio VI. Inter raptorem & raptam mulierem de Jure Civili † matrimonium eſt prohibitum, ita ut raptor capitis ſupplicio ſit plectendus. *l. raptores virginum 1. § etſi quidem. 1. verſic. ſin autem C. de rapt. virg.* De Jure verò Canonico inter hos conjugium permittatur, *c. ultim. & penultim. de raptor.* ubi dicitur: Rapta puella legitimè contrahit cum raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum. *c. denique, & c. tua cauſ. 36. q. 2. p. 2. decreti.* Atque etiam raptori pœna legis in honorem matrimonii remittitur. *Paul. Caſtr. in l. raptores. 54. C. de Epiſc. & Cleric.* Et ita hodie ſervatur.

18 Comparatio VII. Jure Civili in † contrahendis nuptiis ætas 14. annorum in maſculis, & 12. in fœmininis requiritur, qua ætate ad matrimonium idonei, & habiles habentur: & tum maſculi puberes & fœminæ viripotentes dicuntur, *l. minorem. 4. ff. de rit. nupt. Inſt. de nupt. in pr. & Inſt. tit. quib. mod. tutel. finiat. in princ.* Jus
19 verò † Canonicum pubertatem non ex annorum numero, ſed coëundi potentia, dijudicandam cenſet; ita ut quandoque fœmina ante 12. annos viripotens rectè matrimonium contrahere poſſit, *c. puberes & c. de illis ext. de deſponſ. impuber.* quod malitia tum ætatem ſuppleat, ut *ibidem* dicitur.

20 Comparatio VIII. Matrimonium † inter tutorem, filios ejus, & pupillam interdictum eſt Jure Civili. *l. tutor. ff. de ſponſal. & tot. tit. Cod. de interd. matrim. inter pupill. & tutor. ſeu curat. ejuſque filios.* Ratio, quia metu tùm contractum præſumitur, quod valere non debet. *Wurmſer. in pract. obſervat. tit. de ma-*
21 *trimon. obſervat. 2. num. 1. & 2.* De Jure verò Canonico † matrimonium inter eos licitum eſt, & tenet; quod & hodiè ſequimur. *Panormit. in c. fin. num. 2. de ſecund. nupt. Wurmſer. d. obſervat. 2. num. 1.* Nec obſtat ratio præſumpti metus: quia juſtus requiritur metus in conſtantem virum cadens, ut matrimonium vitietur. *c. cum locum, de ſponſal.* Sed talis non provenit ex eo, quod quis tutor eſt. Ergò matrimonium impedire non debet. *Wurmſer. d. obſerv. 2. n. 3.*

22 Comparatio IX. Inter præſidem † & ſibi ſubjectam ratione juriſdictionis. *l. & ſi contra. C. de nupt.* & inter ſenatores & vilis conditioni fœminas, matrimonium à Jure Civili eſt prohibitum; *l. ſi libertam. C. de nupt. l. lege Papia, ff. de*

ritu

Digitized by Google

ritu nupt. De Jure verò Canonico hæc prohibitio Juris Civilis eſt ſublata, & matrimonium inter hos liberum & permiſſum; quod & hodie ſequimur, *Angel. in §. ſunt & alia. Inſtit. de nupt.*

TITULUS V.

DE AFFINITATE.

SUMMARIA.

1 *Affinitas per legitimum tantùm matrimonium contrahitur, juxta leges: ſecundum Canones etiam per ſolam copulam carnalem.*

2 *Inter conſanguineos ad quartum uſque gradum incluſivè matrimonium prohibetur.*

3 *Matrimonium non ſolùm in affinitate legitima, verùm etiam illegitima & carnali prohibetur, Iure Canonico.*

4 *Iure Civili inter eos affines, qui parentum, liberorumq; loco habentur, matrimonium interdicitur: Iure Canonico etiam inter tranſverſales affines.*

5 *Vitricus privigni ſui relictam viduam in uxorem ducere nequit. At jure Canonico permiſſum cenſetur.*

6 *Ratio & declaratio ejus permiſſionis.*

COmparatio I. Affinitas † per legitimum tantùm matrimonium contrahi- 1
tur juxta leges, *l. non facilè. 4. § ſed quoniam. 3. verſ. affines. ff. de grad. & affin.*
De Jure verò Canonico etiam ſola copula carnalis & affinitatem inducit & cognationem, *c. diſcretionem 6. & ibi gl. in verb. affinitas. & c. tua fraternitatis. 10. de eo qui cogn. conſang. uxor. ſua. c. per tuas. 10. de probat.* unde ſicut Jure Canonico inter
conſanguineos uſque ad quartum gradum † conſanguinitatis incluſivè matri- 2
monium prohibetur: ita quoque inter affines, non modò legitimos, ex juſtis nu-
ptiis ad quartum gradum matrimonium eſt prohibitum: ſed etiam † in affinitate 3
illegitima, quæ ex fornicatione & coitu contracta eſt. Unde quis cognatam fœminæ, cum qua anteà illegitimo modo rem habuit intra quartum gradum conſanguinitatis conjunctam, in uxorem ducere non poteſt. *c. ſi homo. 35. q. 3. c. ego dixi, in fin. cum 3. ſeqq. c. 34. q. 2. c. diſcretionem. c. pen. & ibi Canoniſt. d. tit. de eo, qui cogn. conſang. uxor. ſua. c. prætereà. de ſponſalib.*

Comparatio II. Matrimonium † Jure Civili tantùm prohibetur inter eos 4
affines, qui parentum & liberorum loco ſunt, ut eſt ſocer, ſocrus, gener, nurus, noverca, vitricus, & cæteræ perſonæ, quæ recenſentur, *in l. non facilè. 4. §. hoc itaque. 7. ff. de gradib. & affinit. & nominib. eor.* De Jure verò Canonico etiam inter tranſverſales affines in certis gradibus prohibetur. *Schneid. in Inſtit. de nupt. in arbor. affinit. num. 4. & n. 9.*

Comparatio III. Jure Civili † prohibetur vitricus privigni ſui relictam 5
viduam in uxorem ducere. *l. uxorem. ff. de rit. nupt.* Ubi expreſsè dicitur: uxorem quandam privigni conjungi matrimonio vitrici non oportet. *& d. l. non facilè, §. hos itaque. 7. & Inſt. de nupt. § affinitatis.* De Jure verò Canonico iſte caſus non cenſetur prohibitus. Ratio: quod ſit in ſecundo genere affinitatis, quod hodiè prohibitum non eſt, *c. non debet, ext. de conſang. & affinit.* Ita tamen, ut hoc caſu propter publicam honeſtatem permiſſio & conceſſio magiſtratus, tanquam ſpecialis

Digitized by Google

quædam diſpoſitio, requiratur. *gl. Panor. & Didac. Covarr. in d. c. non debet. Ioachim. à Beuſt. in tract. connub. part. 2. q. 53.*

TITULUS VI.

DE GRADIBUS CONSANGUINITATIS ET AFFINITATIS.

SUMMARIA.

1 *Gradus conſanguinitatis ob quam cauſam inventi & conſtituti ſint à Iure Civili & Canonico.*

2 *Arbor conſanguinitatis civilis obſervatur in tutelis, & ſucceſsionibus in foro Civili & Eccleſiaſtico.*

3 *Arbor canonica in nuptijs contrahendis ſimiliter utrobiq; in computatione graduum obſervatur.*

4 *In linea recta computatio graduum arboris Civilis & Canonicæ convenit, in collaterali verò differt.*

5 *Regula computationis Iuris Civilis in linea collaterali.*

6 *Regula Iuris canonici in eadem linea, tum æquali, tum inæquali.*

7 *Fratres fratrumq; filij quoto ſint gradu conſtituti ſecundum utramque computationem: Item quoto filius fratris mei, num. 8.*

9 *Affinitatis gradus jure civili nulli ſunt: At jure canonico, iidem conſanguinitatis more conſtituuntur.*

1 COmparatio I. Gradus conſanguinitatis † à Jure Civili principaliter inventi
& conſtituti ſunt propter tutelas & ſucceſſiones ab inteſtato, quæ à lege pro-
ximiori regulariter deferuntur. *l. Iuriſconſultus, ff. de grad. & affin.* A jure verò Ca-
nonico propter matrimonia & affinitates. Unde arbor conſanguinitatis à Doctor.
2 dividitur in civilem & canonicam, ut computatio civilis obſervetur † in tutelis &
ſucceſſionibus, non ſolum in terris Imperii ſed etiam Eccleſiæ, *c. ad ſedem. 35. q. 5. Abb. & Canoniſt. in c. cleric. de judic. & in c. 1. de nov. oper. nunciat. & Felin. in c. Eccleſ. S.*
3 *Mariæ, de conſtit.* Canonica † in nuptiis contrahendis ſimiliter in utroque foro, ſe-
culari ſcilicet & Eccleſiaſtico, *d. c. ad ſedem. gl. & Doct. & hactenus, Inſt. de nupt. Bart. & alii in l. ſi aviæ. C. de ſucceſſ. edict.*

Comparatio II. Quamvis jus canonicum & civile in computatione gra-
4 duum, quoad lineam † rectam aſcendentium & deſcendentium conveniant, ut
ſcilicet tot ſint gradus, quot ſunt perſonæ, una dempta: in collaterali tamen diffe-
5 runt. Nam jure civili conſtituitur regula, † quod tot ſint gradus, quot ſunt per-
ſonæ, ſtipite dempto, quæ tum in æquali, tum inæquali linea collaterali locum ha-
6 beat. De jure verò canonico † in linea æquali collaterali; quoto gradu uterque
diſtat à ſtipite; eodem quoque gradu inter ſe diſtat. In æquali verò; quoto gradu
remotior diſtat à communi ſtipite, eodem quoque gradu inter ſe diſtant, *d. c. ad ſedem. & c. fin. & ibi gl. in verb. remotior de conſanguin. & affinitat.* Hinc fratres & ſo-
7 rores in † æquali linea, ſecundum computationem civilem, ſunt in ſecundo gra-
du, & fratrum filii in quarto, & ſic deinceps. Secundum jus verò canonicum, fra-
tres ſunt in primo gradu, & fratrum filii in ſecundo: Et ſic duo gradus legales in
linea collaterali conſtituunt unum gradum canonicum, *d. c. ad ſedem 35. quæſt. 5. &*
8 *d. l. Iuriſconſultus, § gradus, ff. de grad. & affin.* Et in linea inæquali filius † fratris mei
de jure civili eſt mihi tertio gradu junctus; juxta computationē verò canonicam,
in ſecun-

in ſecundo, per regulam approbatam, *in d. c. ult. de conſanguin. & affin.* de qua in contrarium, vide Theodor. Bezam *in libel de divort. & repud.*

Comparatio III. Affinitatis † jure civili nulli ſunt gradus, *text. in l. non facilè. 4. §. ff. de gradibus & affinit.* De jure verò canonico eodem modo gradus affinitatis computantur, quo conſanguinitatis, *cap. ex literis. 1. c. non debet. 8. & ibi gl. in verb. ſecundo & tertio, de conſanguinit. & affinit.* 9

TITULUS VII.

DE CONCUBINATU.

SUMMARIA.

1 *Concubinatus & fornicatio ſimplex, jure civili eſt extra pœnam & infamiam.*

2 *Ratio; ut hoc pacto majora ſcandala & mala ſtupri & adulterij evitentur.*

3 *Iure canonico verò & Divino, omnis ſcortatio indiſtinctè prohibita.*

COmparatio. I. Jure civili concubinatus † permiſſus, ac extra pœnam & infamiam conſtitutus eſt, iis ſcilicet, qui uxores non habent, *l. qui concubinatu, ff. de concubin l. inter liberos. 6. ff ad L. Iul. de adulter. l. ſi ancillam. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. l. unic. C. de concubin. l. ult. ff. de divort.* Sic lupanaria & meretricum conſuetudo, extra lenocinium, hoc jure civili permiſſa ſunt, *d. l. ſi ancillam 2. l. ſi ea. 22 & l. quæ adulterium 29. C. de adulter. l ſi uxor. 13. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. gloſſ & Doctor. in l. quod ergo. §. pœna gravior ff. de his, qui notant. infam. Novell. de lenocin.* Ratio; † non quidem ut ejuſmodi fornicatio licita ſit, & ut crimine vacet ea libido veneris, ſed majoris mali vitandi gratiâ, lex diſſimulat, & connivendo permittit. *Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. cap. 93.* De jure verò canonico concubinatus, & omnis † ſcortatio & fornicatio, improbata eſt & damnata; *c. nemo ſibi blandiatur, cauſ. 82. qu. 4. part. 2. decreti. & tot tit. extr. de cohabit: cleric. & mulier. Panorm. & Canoniſt. in cap. inter opera: de ſponſal* Et jure divino, quod ſcortatores à regno cœleſti excludit, & præcipit, ut unuſquiſque propriam uxorem habeat, ad vitandas ſcortationes. *Galat. c. 5. gl. cap. 3. Epheſ. cap. 4. & 5. & 1. Corinth. 5. & 6.*

1 (line 1), 2 (line 7), 3 (line 9)

TITULUS VIII.

DE DOTE.

SUMMARIA.

1 *Dotis alienatio Iure Civili adeò prohibita, ut Iuramento mulieris confirmari non poſſit.*

2 *Ratio.*

3 *Limitatur 1. de Iure Canonico, quod ejuſmodi Iuramentum obſervandum dicit.*

4 *Ratio hujus Iuris, quod iuramentum, quando abſque periculo animæ ſervari poteſt, ſervandum ſit.*

5 *Deinde limitatur, & valet alienatio rei dotalis, ob urgentem neceſſitatem famis.*

6 *Tertiò valet, ſi diſtrahuntur res mobiles, quæ ſervando ſervari non poſſunt.*

7 *Quartò; ſi melior fiat alienando mulieris conditio.*

8 *Quintò ſi pro redemptione viri alienetur.*

9 *Sextò, ſi cum univerſitate alienatur.*

10 *Septimò, quando res immobilis æſtimata in dotem data fuit, & ratio ibid.*

11 *Octavò, ſi res dotalis numero, pondere vel menſura conſtet. Ratio ibid.*
12 *An parens filiam ſine conſenſu ejus nubentem dotare teneatur.*
13 *Filia ſine conſenſu patris nubens exheredari poteſt.*
14 *Cuilibet licet quod plus eſt, utique licebit quod minus eſt.*
15 *Filia quæ inſcio patre nubit, quando dotem conſequatur.*
16 *Argumentum à contrario ſenſu ſumptum, habetur ac ſi in lege expreſſum eſſet.*
17 *Patris officium eſt, filias elocare.*
18 *Iure Canonico, pater filiam dotare tenetur, etiamſi ſine conſenſu ejus nupſerit.*
19 *Diſtinctio quorundam.*

1 COmparatio I. Dotis alienatio † Jure Civili regulariter eſt prohibita, adeò
ut etiamſi mulier juramento conſentiat marito vendenti, tamen non valeat
alienatio, *l. Iulianus 5. ff. de fund. dotal. Auth. ſive à me Cod. ad SC. Velleian. l. unic. §. &*
cum lex Iulia. C. de rei uxor. action.
2 Ratio, † ne ſexus muliebris fragilitas in pernitiem ſubſtantiæ earum con-
vertatur. *Inſt. quib. alien. licet. vel non in princ.* cum Reipubl. interſit, mulieres dota-
3 tas eſſe, *l. 1. ff. ſolut. matrim.* Jus verò Canonicum † hoc præſtitum juramentum
ſervare præcipit, *c. cum contingat. 28. & ibi gl. in verb. debent. de Iurejur. & c. quamvis. &*
ibi Doct. de pact. in 6. cui hoc caſu ſtatur, *per reg. c. contingat, de Iurejur.* Ratio: Tanta
4 enim habenda eſt religio Jurisjurandi, † ut quando ſine periculo animæ ſervari
poſſit, & non ſit contrà bonos mores naturales, in utroque foro, nos ſua potentia
aſtringat, *text. & gl. in d. c. cum contingat. & c. licet mulieres. de Iurejur. in 6. Gail. lib. 2.*
obſerv. 41. n. 8. Et ita quoque ſervatur uſu & jure Saxonico, etiam abſque Juramen-
to, ſi modò conſtet de mulieris conſenſu, *part. 2. ordin. cap. 23. 24. Weſenb. tit. de fund.*
dot. in parat. & ad Schneid. in Inſt. tit. quib. alienare liceat vel non, in princ. ad verb. de
5 *Iure Canonico.* Deinde ſubſiſtit etiam † alienatio rei dotalis, à marito facta pro-
6 pter famis neceſſitatem urgentem, ad alendum ſe, conjugem, & liberos ſuos, *ff.*
de fund. dot. l. mutus. 73. ff. de jur. dot. gloſſ. in verb. prohibetur. Inſtit. quib. alien. liceat
7 *vel non in princ.* Tertiò valet, † ſi diſtrahantur res mobiles, quæ ſervando ſer-
vari non poſſunt, *gloſſ. & Doctor. in d. Authent. ſive à me, in verb. & multò magis, in*
8 *fin. Cod. ad Senatusconſult. Velleian.* Quartò tenet † alienatio rei dotalis, ſi melior
fiat mulieris conditio, *Afflict. deciſ. 336. l. ita conſtante, ff. de jur. dot.* vel ſi vertatur
9 ad utilitatem mulieris, *l. fin. eod.* Quintò † pro redemptione viri, *l. mutis. §. ma-*
10 *nente ff. eod.* Sexto, † ſi alienatur cum univerſitate, *l. 1. ff. de fund. dot.* Septimò,
† quando res immobilis æſtimata in dotem data fuit. Ratio: quia talis æſtimatio
emptionis inſtar ſe habet, ita ut dominium & periculum ad maritum pertineat,
l. unic. §. & cum lex. C. de rei uxor. action. Niſi forte ideò æſtimata ſit, ut conſtet,
11 quanti res ſit habenda tempore reſtitutionis, *l. ſi inter. c. de jur. dot.* Octavò, † ſi
res data ſit in dotem, quæ pondere, numero, vel menſura conſtet, *l. res in dotem,*
ff. de jur. dot. Ratio: quia tales res ita comparatæ ſunt, ut una alterius vice funga-
tur: eoq; una pro alia ejuſdem generis & bonitatis reſtitui poſſit, nec niſi in abuſu
earum rerum uſus eſſe queat, *l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat. l. hoc Senatusconſultum, 5. & l. ſi*
vini, olei, frumenti. 7. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum.
12 Comparatio II. An filiæ ſine conſenſu patris matrimonium contrahenti,
dos deneganda ſit? Jure Civili patrem ad dotandam filiam, quæ inſcio & invito
nubit,

nubit, cogi non poſſe exiſtimo. Ratio I. ſi enim filia, † quæ ſine conſenſu patris nupſerit, exheredari ab eo poteſt, *per Novell. 115. cap. 3. §. ſi alicui*, cur non & 13
dos negari poſſet? argumento ducto à potiori. Cui enim licet quod plus eſt, † 14
licet utique quod eſt minus, *per reg. in l. non debet. & ibi Decſ. ff. de Regul. Iur. Authent. multo magis, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ Everhard. à Middelburg. in loc. legal. à minori, num. 2.*

Ratio II. Deinde, cum filia quæ patre inſcio nubit tum demum dotem conſequatur, † ſi parens eam uſque ad 25. annum marito elocare diſtulerit, *dict.* 15
cap. 3. §. ſi alicui. conſequitur profectò inde, quòd, ſi parens eò uſque non diſtulerit, ſed filia antè, inſciente & invito patre, matrimonium contraxerit, dotem non conſequatur: argumento ſumpto à contrario ſenſu, † quod habeatur perinde, 16
ac ſi in lege expreſſum eſſet, *per gl. in l. qui teſtamento, §. mulier, & ibi quoq; Bald. & Paul. de Caſtr. ff. de teſtam.*

Ratio III. Denique patris officium eſt † & cura, filias elocare, & maritos eligere haud decet virgines, ſi ita pater abſit, *l. quanquam in, 72. l. generali mandato, quærendi. 34. ff. l. qui liberos 19. l. ſi patre cogente, 22. ff. de ritu nupt. l. in poteſtate manente, 10. & l. ſed quæ patris voluntati. ff. de ſponſal. Inſtit. de nupt. in princ. ibi, conſenſum habeant parentum, in quorum poteſtate ſunt.* Nam hoc fieri debere & Civilis & Naturalis ratio ſuadet, in tantum, ut juſſus patris præcedere debeat. Filia ergò, ſi hoc caſu contra patrem, non requirendo ejus conſenſum, peccat, meritò dote privanda eſt, *§. ſi adverſus ea, Inſt. de nupt. ibi, nec dos intelligatur, ſi ſcilicet adverſus ea aliquid coierint.* 17

De Jure verò Canonico, † cùm in contrahendis liberorum matrimoniis, 18
parentum conſenſus non neceſſarius ducatur, *c. cum apud. & c. cum locum, de ſponſalibus & c. fin. 32. quæſt. 2. & c. ſufficiat. 27. q. 2.* & patria poteſtas in ſpiritualibus, ut matrimonium habetur, non attendatur, *c. fin. §. fin. de judic. in 6.* pater filiam, licet ſine ejus conſenſu nupſerit, dotare tenetur: ſi modò digno marito ſe copulaverit: Secus ſi indigno, *gl. in d. c. fin. cauſ. 32. q. 2. in verb. parentum, & gl. in c. fin. cauſ. 36. q. 1. in verb. conſenſerit, & ibi Archidiac. n. 4.* Quod Doctores communiter ſequuntur *Zaſ. in §. fuerat. Inſtit. de act. Paul de Caſtr. in l. ſi Socer. num. 4. ff. de ſolut. matrim. Iaſon. conſil. 133. num. 12. vel 4. Alexand. conſil. 7. num. 10. Bartol. in l. obligantur. ff. de action. & obligat. Gail. lib. 2. obſervat. 95. ubi communem dicit, & rationibus comprobat.* A qua in practica recedendum non eſt, licet de Jure Civili contrarium verius videatur.

Hoc caſu aliter alii diſtinguunt, utrum † ſcilicet filia marito ſuo dotem 19
promiſerit, an verò non. Priori caſu patrem ad dotandam filiam, quæ digno viro nupſit, teneri volunt: Secundo caſu non item. Ita Panorm. *in c. accedens, de procur. & in cap. 1 num 6. de adulter. & c. cum cauſſa, n. 5. de raptor.* Sed horum opinionem refellit Gail. *d. obſervat. 95. numer. 14. 15. & 16.* Vide etiam Borchold. *in tractat. de gradib.* ubi etiam hanc quæſtionem tradit.

DE

Digitized by Google

DE REBUS.

LIBER SECUNDUS.

SEquitur alterum Juris objectum, de Rebus. Suprà enim diximus, Jus verſari circa Perſonas, vel Res, & Actiones ſeu Judicia. Ad Res autem referuntur potiſſimùm ſumma iſta Juris capita, de ultimis voluntatibus, & de contractibus. Antequam verò ad ultimas voluntates procedamus, ſingulares quoſdam titulos præmittamus.

Titulus I.

DE REBUS.

Summaria.

1 *Res Prophana præſumitur alicujus eſſe.*
2 *Quod alterius non eſt, id naturali ratione occupanti conceditur.*
3 *Res ſacra, ſancta, & religioſa, in nullius ſunt bonis.*
4 *Rei Prophanæ alienatio regulariter permiſſa cenſetur. exceptis quibuſdam caſibus, ut num. 6.*
5 *Alienationis verbo quid veniat.*
7 *Res Eccleſiaſticæ alienari prohibitæ ſunt, niſi pietatis cauſſa fiat, num. 10. vel ex urgenti neceſſitate æris alieni, num. 11. vel ob evidentem utilitatem Eccleſiæ, numer. 12.*
8 *Regulam qui habet pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam.*
9 *Res Eccleſiaſticæ ab omni Juriſdictione ſeculari exemptæ ſunt.*
13 *Solemnitates, quæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ requirantur.*
14 *Iure Civili unuſquiſq; propria auctoritate locum ſibi religioſum facere poteſt.*
15 *Locus religioſus quis dicatur.*
16 *Familiaria & hereditaria ſepulcra, ſeu loca religioſa quæ dicantur.*
17 *Iure Canonico ad locum religioſum faciendum auctoritas & conſecratio Epiſcopi requiritur.*

1 COmparatio I. Res Prophana † præſumitur eſſe alicujus. Quilibet enim ſcire debet, quod ſuum non eſt, hoc ad alium ſpectare, *l. fin. Cod. de vi.* & ita
2 comparata eſt, ut in patrimonio eſſe, & dominio noſtro ſubjici poſſit † quod enim alterius non eſt, id naturali ratione occupanti conceditur, *l. 3. in princ. ff. de acqu. rer. domin. Angel. in §. nullius. Inſtit. de rer. diviſ. & acquir. ipſ. domin.* Res verò
3 ſacra, † ſancta & religioſa, non item. Cùm enim Divini Juris ſint, nullius eſſe creduntur, *text in d. §. nullius. Inſtit. de rer. diviſ. & l. 1. & in princ. & l in tantum. 6. §. ſacra res. 2. ff eod.* Eoq; extra patrimonium habentur, & dominio noſtro ſubjici nequeunt, *Inſt de rer. diviſ. in princ. & ibi Weſenbec. Mynſing. & alij.*

4 Comparatio II. Rei Prophanæ † alienatio regulariter permiſſa cenſetur. Nam in patrimonio eſt, & dominio noſtro ſubjici poteſt. Præcipuum autem dominii officium eſt, perfectè & pro libitu diſponere de ea re, cujus quis eſt dominus: Cum quilibet rei ſuæ moderator & arbiter ſit, *l. intra mandata. C. mandati.*
5 Alienationis † verbum latè ſumptum ſignificat omnem actum, per quem dominium transfertur. *l. 1 C. de fund. dot.* ſtrictè pro venditione tantum, *ut in tit. de præd. decur. ſine decret non alien. lib. 10. & in l. 1. ibi, neque alienationis titulis, C. de Iure Emphyt. & in l. 3. C. eod.* ubi Imper. alienationem venditionem interpretatur. Exceptis † quibuſ-

Digitized by Google

† quibuſdam caſibus, ut Emphyteuſis ſine conſenſu domini alienari nequit, *d. l. 3.* 6
C. de Iur. Emphyt. Iul. Clar. in §. Emphyteuſis, quæſt. 13. num. 1. aliàs amittitur, *gloſ. &*
Doct. in l. ult. C. de Iur. Emphyt. ſi fundus dotalis alienari prohibetur, *Auth. ſive à me,*
C. ad Vellejan. l. rem §. & cum lex. C. de rei uxor. actio. l. 4. & tot. tit. ff. de fund. dot. & feu-
dum ſine conſenſu domini, *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. c. unic.*
in princ. quid Iuris ſi vaſall. l. unic. de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. benef. alien. Iul.
Clar. in §. feudum, q. 31. Zaſ. in epit. feud. part. 10. Laur. Kirchov cent. 2 opin. commun. concl.
33. & ſimilibus caſibus. Rei † verò Eccleſiaſticæ alienatio regulariter prohibita 7
eſt, tàm Jure Civili, *l. ſancimus & l. jubemus, cum Auth. hoc Ius porrectum, C. de ſacroſ.*
Eccl. & tot. tit. in Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. quàm Jure Canonico, *tot.*
tit. extr. de non alien. reb. Eccleſiaſt. Abb. *in c. tuas de his quæ fin. à prælat.* ubi communiter
dicit, adeò ut ei, qui alienationem rei Eccleſiaſticæ aſſerit ratam vel validam, in-
cumbat probatio: cum illi obſtet præſumptio Juris. Nam † qui regulam pro ſe 8
habet, dicitur habere intentionem fundatam, *gloſ. in l. omnis definitio. de reg. Iur.*
Dec. conſ. 142. n. 4. & Bald. in cap. 1. de alien. feud. mut. c. fact. Maſcard. de probat. concluſ.
75. nu. 2. & 3. Et in tantum prohibita eſt, ut ipſo Jure ſit nulla, & emptor etiam amiſ-
ſo pretio eam reſtituere cogatur, *d. l. jubemus, §. ſanè C. ſacroſanct. Eccleſ.* Et ne ſum-
mus quidem Princeps de rebus Eccleſiæ diſponendi facultatem habeat, *c. convenit.*
23. quæſt. 8. Cum ab † omni poteſtate & Juriſdictione ſeculari, etiam de Jure Civi 9
li exemptæ ſint, *d. l. jubemus & l. ſancimus. C. de Epiſc. & cleric. § nos igitur, Authent. de*
alien. aut permutat. reb. Eccleſ. c. nullus, de for. compet. cap. clerici, & ibi notat. extr. de
Iudic. & niſi eos reſtituant Reges & Principes, excommunicantur, & ab Eccleſia,
cujus facultates auferunt, excluduntur, *extr. de reb. Eccleſ. non alien.* Niſi † fortè 10
pietatis cauſſa ſuadeat & permittat hujuſmodi alienationem rei Eccleſiaſticæ, pro
redemtione captivorum, vel alimentis pauperum tempore famis, *d. l. ſancimus gl.*
& Doct. in d. l. jubemus, in verb. inſcribantur, C. de ſacroſanct. Eccleſ. vel urgens † ne- 11
ceſſitas æris alieni, quod aliundè perſolvi non poſſit, *d. Auth. hoc Ius porrectum, &*
Auth. præterea, C. eod. c. placuit, ubi gloſ. 12. quæſt. 2. vel evidens † Eccleſiæ utilitas, 12
§. & hoc quidem in Auth. de alien. & Emphyt. Auth. item prædium, C. de ſacroſanct. Eccl.
c. terrulas. 12. quæſt. 2. Et non ſufficit juſta alienationis cauſſa, † ſed inſuper requi- 13
ritur, ut etiam certæ ſolemnitates in ejuſmodi alienatione interveniant: cauſſæ
ſcilicet cognitio, an expediat Eccleſiæ, auctoritas ſeu decretum ſuperioris, & con-
ſenſus totius cleri ſeu capituli, de quibus tractatur *in §. ſi verò contingat, & §. quem-*
cunque autem, Auth. de alien. & Emphyt. & in c. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. & in c. tua
extr. de his quæ fiunt à prælat. & in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Rebuff. in tract. de
alienat. rer. Eccleſ. & Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alien. Hoſtien. in ſumma de reb.
Eccleſ. non alien. Hieron. Schurff. cent. 1. conſ. 48 & conſ. 90. Maſcard. d. concluſ. 75. num. 12.
Petr. de Ferrar. in pract. forma libell. in act. reali. § verum & legitimus titulus n. 69. Sed an
ea prohibitione etiam oppignoratio excluſa cenſeatur. *Anton. de Butr. in c. nullus de*
pign. Panorm. in c. ea noſcitur, nu. 8. de his quæ fiunt à prælat. Weſenbec. conſil. 3. nu. 1.
ubi tali prohibitione non contineri putat oppignorationem, quod neque domi-
nium, neque poſſeſſionem transferat, *per alleg. ibid.*

Digitized by Google

14 Comparatio III. Jure Civili † unuſquiſque propria voluntate & auctoritate ſepulchrum, ſeu locum religioſum facere poteſt, quando ſcilicet in locum
15 ſuum corpus mortuum infert. Is enim dicitur locus religioſus, † ubi hominis demortui corpus ſepultum eſt, *l. in tantum. 6. §. religioſum. ff. de rer. diviſ. & §. religioſum. 9. Inſtit. eod. l. ſi quis. l. ſtatuas, ff. de religioſ. l. 1. §. facere, ff. de mort. infer.* Et hoc concordat cum Jure divino, & conſuetudine ſanctorum patrum: ſicut in veteri & novo Teſtamento teſtatum relinquitur, quod in agris & propriis hortis ſepulchra & loca religioſa habuerint. *Geneſ. 23. Matth. 27.* Et ita olim quælibet familia ſuas ſepulturas in proprio loco eligebat, ac loca religioſa faciebat, quæ familiaria
16 † & hæreditaria inde rectè dicuntur Ut de Abrahamo legitur, *Gen. d. c. 23. l. familiaria. ff. de relig. & ſumpt. fin.* De jure verò Canonico nemo propriâ auctoritate
17 locum religioſum facere poteſt, per illationem mortui, ſed auctoritas † & conſecratio Epiſcopi neceſſariò requiritur, *per not. in c. ad hæc, extr. de relig. domi. & tot. tit. extr. de ſepulch.*

TITULUS II.

DE USUCAPIONE, VEL PRAESCRIPTIONE.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili in longiſſimi temporis præſcriptione bona fides non exigitur.*
2 *Ius verò Canonicum in omni præſcriptione malam fidem excludit, & bonam requirit.*
3 *Ius Civile in præſcriptionibus, quæ cum mala fide procedunt, per Ius Canonicum correctum eſt.*
4 *Iuri Canonico in hac præſcriptionum materia ſtatur, & in Camera approbata eſt.*
5 *Iure Civili ſervitutes continuam cauſſam habentes præſcribuntur longo tempore: diſcontinuam, immemoriali.*
6 *De Iure verò Canonico res Eccleſiaſticæ indiſtinctè præſcribuntur 40. annis.*
7 *Iure Civili ab initio præſcriptionis bona fides tantùm exigitur. Fallit in emptione.*
8 *Scientia rei alienæ superveniens poſt cœptam uſucapionem Iure Civili, & poſt completam Iure Canonico non nocet, num. 10.*
9 *Iure Canonico per omne tempus bona fides in præſcriptione requiritur.*
11 *Decimæ à laico nullo tempore nec immemoriali, præſcribi poſſunt. Fallit in decimis feudalibus & prophanis, n. 14.*
12 *Laici ſpiritualia poſſidere non poſſunt.*
13 *Clerici verò cum titulo & tempore immemoriali præſcribunt decimas, & libertatem earum.*
15 *Concilij Lateranenſis conſtitutio de decimis.*

1 COmparatio I. Jus Civile in præſcriptione longiſſimi temporis † bonam fidem non requirit, ſed ſolus curſus temporis 30. vel 40. annorum cum poſſeſſione ſufficit. Ratio, quòd tanto temporis ſpacio omnis actio & obligatio tollatur, ſine ulla conſideratione bonæ fidei, *l. ſicut. l. omnes, l. cum notiſſimi, C. de præſcrip. 30. vel 40. annor.* Multo minus in præſcriptione, cujus non exſtat hominum memoria, de bona fide quæritur, *l. fin. C. de præſcript. long. temp. l. ſuper annali. 1. C. de annal. except. l. in ſumma 2 § idem Labeo, ff. de acquir. & aqu. pluv. arcenda.* Sed in præſcriptione duntaxat longi temporis 10. vel 20. annor. bona fides de Jure Civili neceſſariò requiritur, *l. unic. §. hoc tantummodo C. de uſucap. transform. l. 2. C. de præſcript. long.*
2 *temp.* Jus verò Canonicum † in omni præſcriptione indiſtinctè bonam fidem deſiderat,

Digitized by Google

ſideret,ad uſucapionem inchoandam & complendam. *c. vigilanti. c. de quarta, c. ult. ubi gl. & Doct. de præſcriptione, c. ſi virgo cauſ. 34. q. 2. part. 2. c. poſſeſſ. de reg. Iur. in 6.* ubi vulgaris Juris Canonici regula habet, quod malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribat. Et hoc Jure hodiè utimur. *Balb. in tract. præſcript. in princ. & 2. part. 4. parti. princ. quæſt. 1. num. 2. Alexand. conſil. 49. num. 5. volum. 4. Weſenbec. conſ. 1. num. 38. Deciſ. conſ. 144. n. 4.* Quod juxtà communem Doctorum opinionem Jura civilia † quæ in præſcriptione bonam fidem non requirunt, malæq; fidei poſſeſſorem 3
exceptione 30. vel 40. annorum, de dominio ſecurum reddunt, per Jus Canonicum correcta & ſublata ſunt, nō modò in præſcriptione 30. vel 40. annorum: ſed etiam ſi immemorabilis ſit, ſi modò de mala fide conſtet, tàm in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus & perſonalibus: quoniam in præſcriptionibus, ubi tractatur de peccato, huic Juri potius † ſtandum eſſe exiſtimant, *gloſſ. & Doct. in c.* 4
poſſeſſor. de reg. Iur. in 6. Doct. in l. fin. C. de præſcript. long. temp. Oldendorp. in tract. Vſucap. in princ. n. 17. Iaſ. in l. 5. §. genera, nu. 18. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. & Angel. in l. ſuper longi, C. de præſcript. long. temp. verb. præſcriptionis, nu. 14. Pariſ. conſ. 92. n. 27. & 30. & in c. ſi diligenti. de præſcript. Eman. Soarez. in comm. opin. in verb. præſcript. n. 22. Cravet. conſil. 146. Gail. lib. 2. obſerv. 18. nu. 10. Robert. Marant. de ord. Iud. part. 3. num. 73. Et hanc communem Doctor. ſententiam in Camera Imperii approbatam teſtatur Mynſ. *cent. 4. obſerv. 7.*

Comparatio II. De Jure Civili ſervitutes † & Jura, quæ continuam ha- 5
bent cauſſam, præſcribuntur longo tempore: quæ diſcontinuam verò habent cauſam præſcriptione tanti temporis, cujus non exſtat memoria acquiruntur, *gl. & Doct. in l. ſervitutes, in verb. certam. ff. de ſerv. l. fin. ff. de ſervitut. l. ſi ſic conſtit. ff. quemad. ſervit. amit. l. ſi cui aqua. 1. in fin. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.* Jure verò Canonico non ſolum res † corporales immobiles Eccleſiaſticæ præſcribuntur 40. annis, verum 6
etiam incorporales res, & ſervitutes, habentes cauſam continuam. *c. de quarta. de præſcript. c. cum Eccl. de cauſ. poſſeſſ. Bald. de præſcr. 2. part. 4. part. pr. q. 1.*

Comparatio III. Jus Civile † ab initio præſcriptionis, ſcilicet traditionis 7
tempore, bonam fidem exigit, *l. ſi aliena res, in princ. ff. de uſucap. Bald. de præſcript. 2. part. 3. part. princ. quæſt. 7. num. 1. & 2.* præterquàm in emptione, ubi duobus temporibus, traditionis & contractus, bona fides requiritur: cum in aliis contractibus tempus traditionis ſufficiat, *l. 2. in princ. ff. pro empt. l. ſi exiſtimans. ff. pro ſolut. gloſ. in l. Celſus. ff. de uſucap.* adeò, ut ſcientia rei alienæ, ſuperveniens † poſt cœptam 8
uſucapionem, non intervertat præſcriptionem, *l. cum noſtri verſ. hoc tantummodo, C. de uſucap. transform.* niſi ſit ſcientia rei furtivæ, quæ nocet, *l. ſi ancillam, & ibi Bart. & Paul. Caſtrenſ. ff. pro ſuo. & §. furtiva, Inſt. de uſucap. l. nō ſolum §. ſi dominus. ff. de uſurpat. & uſucap.* De Jure verò Pontificio, non ſolùm ab initio, ſed per omne † tem- 9
pus, bona fides in præſcriptione, ad completionem ejus uſque requiritur. *c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6. ubi Covarr. c. fin. de præſcript.* ubi textus inquit: Oportet ut qui præſcribit, in nulla temporis parte habeat conſcientiam rei alienæ, *Bald. tract. præſcript. part. 2. tertia part. principal. quæſt. 7. n. 3.* Ideò quocunque tempore mala fides, ante perfecta uſucapionem ſupervenit, illum interrumpit. *gloſſ. & Dd. in d. c. poſſeſſor. & in dict. cap. fin. Bartol. in l. naturaliter. ff. de uſucap. Angel. in l. ſuper*

Digitized by Google

longi. Cod. de præſcript. longi tempor. Weſenb. conſil. 8. num. 35. & 44. Poſt comple-
10 tam verò uſucapionem, † licet poſteà ſcientia rei alienæ emergat, rés in foro non ſolùm Civili, ſed etiam Eccleſiaſtico, nihilominus retineri poteſt; *gloſſ. in c. vigilanti. in verb. noverit., & in c. fin. verb. nulla, & ibi quoque Canoniſt. de præſcript. Dyn. Ioan Andr. & Albert. in d. c. poſſeſſ. in 6. Imol. in l. ſequitur §. ſi viam, ff. de uſucap. Balb. d. quæſt. 7. num. 5.*

11 Comparatio IV. Decimæ non poſſunt à laico † ne quidem tanto tempore, cujus initii memoria non extat, præſcribi, *cap. cauſſam, extr. de præſcript. Wurm-*
12 *ſer. in pract. obſervatio tit. de præſcript. obſervat. 17. num. 1.* Ratio; † quia laicus ſpiritualia poſſidere non poteſt: at ſine poſſeſſione uſucapio non procedit, *cap. prohibemus. de decim.* Sic ne laicus libertatem à ſolutione decimarum prædialium, conſuetudine vel præſcriptione acquirere poteſt: *Ita volunt Abb. & Felinus. in dict.*
13 *cap. cauſſam. de præſcript. Abb. in c. aliquibus. eodem.* Clerici verò † decimas in aliena parochia, cum titulo, vel tanto tempore, cujus memoria non exiſtit, præſcribere, *cap. 1. de præſcript. libr. 6.* & habentes terras conſuetas ſolvere decimam, in libertatem per præſcriptionem vindicare poſſint. *gl. in c. aliquibus, in ultim. gl. de decim. & Felin. in d. cap. cauſam. Paul. de Caſtr. conſil. 290.* Cæterùm hoc, quod laici decimas nec poſſidere, nec præſcribere poſſunt, intelligendum eſt de decimis, quæ
14 ſpirituales habentur. Sunt enim aliæ decimæ, quæ feudales, & prophanæ dicuntur, quas Carolus Martellus, devictis & profligatis hoſtibus fidei à ſummo Pontifice obtinuit, ut in poſterum laici decimas poſſiderent. *ut ſcribit Ganguinus, lib. Annal. & Benedict. in repet. cap. Raynutius. num. 69. de teſtam. Ioan. Faber. in §. item Serviana, Inſtitut. de action. Bald. in l. ſi uſusfructus, ff. de jure dot.* Poſteà verò in conci-
15 lio Lateranenſi, † ſub Alexandro Tertio, Anno Chriſti 1178. vel ex Platina, Anno 1160. ſancitum, ne in poſterum laicis liceret prædiis decimas imponere. Sed quæ antè illud concilium acquiſitæ fuerunt, remanſerunt, & feudis annexæ feudorum naturam ſecutæ ſunt: quæ ideò res prophanæ cenſentur. *Ioan. Faber. d. §. item Serviana,* ita ut de his laici libere diſponere, eas alienare, vendere, & contrà alium laicum præſcribere poſſint. *Felin in d. c. cauſam. col. 1. verſ. limita. ſecundo, de præſcript. Cardinal. conſil. 146. incip: notum ſit in univerſ. Wurmbſer. d. obſervat. 17. in fin. in pract. obſerv. tit. de præſcript.*

TITULUS III.

DE DONATIONIBUS.

SUMMARIA.

1 *Donatio inter conjuges regulariter prohibita.*
2 *Rationes.*
3 *An donatio inter conjuges juramento confirmari poſſit.*
Et Iure Civili negativa, canonico affirmativa defenditur.
4 *Rationes civiles pro negativa pugnantes.*
5 *Ius publicum privatorum pactionibus infringi non poteſt.*
6 *Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.*
7 *Rationes pro affirmativa.*
8 *Iuramentum eſt obligatio animæ.*
9 *Iuramentum vim habet clauſulæ confirmantis & habilitantis.*

10 Quæ

10 *Quo Iure Civili prohibita juramento confirmari poßint, ita, ut valeant.*
11 *Quando contra bonos mores Iuris Canonici aliquid fieri dicatur.*
12 *Intellectus c. non eſt obligatorium, de regulis Iuris in 6.*
13 *Quilibet favori ſuo renunciare poteſt.*
14 *Scientia affirmativa magis communis, & in utroq; foro recepta.*
15 *Nulla occaſio perjurij danda.*
16 *Finis juramenti, ut per illud controverſiis finis imponatur.*
17 *Donatio ſimplex inter patrem & liberos in poteſtate prohibita.*
18 *Ratio.*
19 *An ejuſmodi donatio juramento firmari poſsit.*
Pro negativa rationes, ibid.
20. *Super eo quod impoßibile eſt, juramentum interponi non poteſt.*
21 *De jure Canonico affirmativa probata, & in Camera recepta eſt, nu. 26.*
22 *Iuramentum ſuper obligatione naturali præſtitum, actionem producit.*
23 *Ex donatione inter patrem & filium naturalis obligatio oritur.*
24 *Patria poteſtas hodiè moribus noſtris non tam ſtrictè attenditur, ut nec Iure Canonico.*
25 *An donatio juramento confirmata inſinuatione indigeat: Negativa Iure Civili; affirmativa Canonico probatur.*
27 *Rationes in utramq; partem remiſſivè.*
28 *Iuramentum omne ſervandum, quod abſque diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt.*

COmparatio I. Donatio † inter conjuges regulariter eſt prohibita jure civi- 1
li, *tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & uxor.* nec non Jure Canonico. *c. donatio.*
extr. eod. Ratio; ne mutuo amore conjuges ſpoliarentur, nevè matrimonia eſſent 2
venalia, cum honeſtus amor potius ſolo animo æſtimendus, & concordia conju-
galis non pretio concilianda ſit.

Deinde, ne donans melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fie-
ret. Tertiò, nec occaſio divortii daretur. Quartò, ne cura liberorum negligere-
tur. *l. 1. 2. & 3. ff. d. tit. de don. inter vir. & uxor. & Dd. communiter ibid.* Sed an dona-
tiò iſta juramento † confirmari poſſit, ut ſubſiſtat gravis & anceps eſt quæſtio. Ju- 3
re Civili negativam ſententiam defendi poſſe exiſtimo. Ratio, † quia hoc jura- 4
mentum Júris, tùm Civilis tùm Canonici, prohibitioni & donationi inter conju-
ges repugnat, nec alibi in Jure, etiam Canonico; quod donatio jurata inter con-
juges ſubſiſtere debeat, reperiatur expreſſum. *Ità Bald. conſ. 29. vol. 1.* Deinde repu-
gnant omnes prohibitionis cauſæ, quas juramentum tollere nequit. Tertiò, quia
Jus Civile hoc facili modò per juramentum enervari, & eluſoriũ reddi poſſit, præ-
ſertim hòc jus publicum conjugiorum: quæ decipula Juris Civilis, & in fraudem
legis commentum nullatenus admittendum, ut nec aliàs jus publicum † pactio- 5
nibus privatorũ infringi ac tolli poteſt, aut debet, nec una via concederetur, quod
alia eſſet prohibitum, *l. contra Iuris Civilis, 28. & l. jus publicum 38. ff. de pact. l. qui te-*
ſtamentum 27. ff. de probatio. l. ſi filiusfam. §. is autem ff. ad SCtum Macedon. Weſenbec. in
addit. ad Schneid. titul. de donatio. in quæſt. quibus inter vivos donari poſſet. Atquè in
hoc juramentum eſſet contrà bonos mores, quod nec Jure Canonico obligato-
rium, *cap. non eſt obligatorium. de reg. Iur. in 6.* Quarto, quod præſtantiſſimi Juriſ-
conſulti hanc ſententiam negativam tenent & defendunt. *Bartol. in l. 1. num. 1. ff.*
de donat. int. vir. & uxor. Bald in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff de legat. 1. & in conſil 29.
volum. 1. Angel. in l. ſi quis pro eo, in princ. ff. de fidejuſſor. Salicet. in l. cum multæ, num.
4. Cod. de donat. ante nupt. Paul. de Caſtrenſ. conſil. 139. num. 2. volum. 2. & plurimi alij.
De Jure verò Canonico † ſententia affirmativa probatur. Ratio; quia juramen- 6

 tum

Digitized by Google

tum, quoties ac quatenus abſque æternæ ſalutis diſpendio fieri poteſt, ſervandum præcipitur, *c. cum contingat. c. ſi verò c. veniens. de jurejurand. c. quamvis, de pact.* Nec cauſæ prohibitionis Juris Civilis tanti momenti habentur, ut juramentum præſtitum violetur: quia licet contraveniendo mandato & prohibitioni civili, quæ tamen non ſit inductiva peccati, peccet; plus tamen peccaret contraveniendo mandato Dei, quo præcipitur ſervari juramentum, ſi ſine detrimento ſalutis ſervari
7 poteſt. Eſt enim † juramentum obligatio animæ, *Ioann. Ber. in aur. pract. part, 2. de donat. num. 46. Gail. lib. 1. obſerv. 27. nu. 3. & lib. 2. obſerv. 41. num.* 8. præſertim, quoniam hic non ratione formæ defectus eſt in donatione, ſed tantum perſonarum
9 reſpectu donatio prohibita, ubi juramentum † vim habet clauſulæ confirmantis & habilitantis, ſuper quo ſe communiter Dd. fundant, ut in multis aliis juris articulis. Multa juramento confirmantur & ſubſiſtunt, quæ Jure Civili prohibita
10 ſunt, & alioquin abſque juramento non valent, ut † eſt in alienatione rei dotalis, quæ juramento firmatur. *dict. cap. cum contingat, de jurament. in pacto.* de non ſuccedendo, *dict. c. quamvis de pact.* in pacto legis commiſſariæ, *gloſſ. in dict. cap. cum contingat. in verb. debent. c. ſignificante, de pignoribus,* in contractu minoris, *Authent. ſacramenta puberum, Cod. ſi adverſ. venditio.* in beneficio Sc. Velleiani, *Dd. in d. Authent. ſacramenta puberum, & ſimilibus.* Aliter quoque boni mores de Jure Canonico conſiderantur, quàm de Jure Civili. Contra bonos enim mores Juris †
11 Canonici eſt, quod inducit & nutrit peccatum; veluti, ſi juramentum præſtetur ſuper facto, vel actu turpi, vel principaliter contrà publicam utilitatem, quo caſu etiam de Jure Canonico non valeret, *c. ſi diligenti, §. fin. de for. compet. c. quanto. de jurejurand. l. pacta de contrà. C. de pact. l. jus publicum, ff. eodem,* & ſimiles textus Juris Civilis, qui de hujuſmodi caſibus intelligendi ſunt, ut &c. non eſt obligato-
12 rium, † *de regul. juris in 6.* de juramento, quod eſt contra hos mores Juris Canonici accipiendum eſt. Quoniam igitur in hac donatione ſimplici inter conjuges nihil turpitudinis verſatur, nec juramentum hoc occaſionem delinquendi præbet, ſed præſtatur ſuper re, quæ re in poteſtate jurantis eſt poſita, nec animæ ſalutem concernit, omninò ſervandum eſt. Facit etiam hûc, quod volenti non
13 fit injuria, *l. cum donationis, C. de tranſact.* & quod † quilibet favori ſuo renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* præſertim cum juramento, *Dd. in d. Auth. ſacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit.* Nec obſtat authoritas Dd. ſuprà allegata; quia æquè multi, iique præſtantiſſimi utriuſque ſcholæ Dd. pro hac affirmativa ſententia pugnant, *Panorm. in c. final. de donat. inter vir. & uxor. & conſil. 95. volum. 2. Deciſ. conſ. 204. ubi communem dicit. Alexand. conſil. 8. num. 3. vol. 2. & conſil. 74. num. 3. & 5. & conſil. 152. num. 6. vol. 6. ubi quoque communem aſſerit. Andiara. conſil. 307. num. 2. Roman. conſil. 43. num. 5. & conſil. 293. num. 3. Roland. conſil. 93. num. 4. vol. 1. Pariſ. conſil. 86. num. 19. & 46. vol. 3. Cephal. conſil. 61. volum.* 1. Jacob. Philip. part. *libr. 2. comm. opin. concluſ.* 1. ubi hæc & alia quam plurima allegata hac parte
14 cumulat, † eamque magis communem dicit & Gail. *lib. 2. obſerv. 40. n. 5.* ubi communem hanc opinionem quoque approbat & defendit. Ideoq; in utroque foro juxta hanc communem Dd. opinionem donatio jurata inter conjuges ſervanda & cuſtodienda potius, quàm annullanda: quia juramentũ, quod ſine interitu æternæ ſalutis

ſalutis ſervari poteſt, tàm in foro ſeculari quàm Eccleſiaſtico ſartum tectumque
habendum eſt, *Gail.lib.2. obſerv.41.nu.8.* ne inde per cavillationes has Civiles per-
jurii † occaſio detur illis, qui temerè ſuis promiſſis & conventionibus juratis con- 15
travenire, & alios hac decipula defraudare non reformidant, *Ioann. Barb. in aur.*
pract. part.2. de donat. rubr.2. n.31. & 32. utque etiam juramentum ſuum effectum &
finem per hoc conſequatur, videlicet, ut finis † controverſiis imponatur, *Ad Habr.* 16
c.6. Iacob. c. ult. Ierem. 4. & c. etſi Chriſtus, de jurejurand. & l. qui per ſalutem. & Authent.
ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.

Comparatio II. Sic donatio ſimplex † inter patrem & liberos quos in po- 17
teſtate habet, Jure Civili eſt prohibita, *l.1. §. ſi pater, ff. pro donat. l. donationes. & ibi gl.*
in verb. in liberos, C. de donat. inter vir. & uxor. l.2. & ibi gl. in verb. in poteſtate, C. de in-
offic. donatio. Conſentit & gloſſa Juris Canonici *in c. ult. in verb. tacitè vel expreſſè, de*
donat. inter vir. & uxor. Ratio; † quia pater & filius una & eadem perſona eſſe 18
cenſentur, *gl. in d. c. ult. in verb. tacitè,* & propter patriam poteſtatem, quicquid fi-
lius acquirit, hoc patri acquirit. *§.1. Inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* Unde ſi pater
ſtipulatur filio, ſibi, & non filio acquirit. *§. ei verò, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Quare ſi
pater donat filio quid, illud ſibi ipſi rurſus eo momento acquirit, & ſic de proprio
quaſi donat, quod fruſtratorium eſſet. Sed an ejuſmodi donatio † inter patrem & 19
filium juramento firmetur, controverſa & dubia eſt quæſtio. Quod non poſſit, de
Jure Civili defendi poteſt, per rationes prohibitionis, quas nec hoc caſu juramen-
tum tollere poteſt. Nam ſi donatio valeret, oriretur inde civilis obligatio inter pa-
trem & filium, & ſequeretur, quod pater ſibi ipſi obligaretur, quod jure impoſſi-
bile; cum juramentum ſuper eo, † quod impoſſibile haud præſtari poteſt. Impoſſi- 20
bile autem eſt, ut quis ſibi ipſi donet vel obligetur, *l. ſi quis pro eo. §.1. ff. de fidejuſſor.*
Deinde pro hac parte negativa pugnant multi clariſſimi JC. *Caſtrenſ. conſ.345. n.3.*
volum.1. Bald. in c. cum contingat. de jurejurand. Fulgoſ. conſ.199. Corne. conſ.238. vol.1.
conſ.9. volum.2. conſ.108. vol.4. De Jure † verò Canonico contraria affirmativa ſen- 21
tentia comprobari poteſt. Ratio; nam juramentum, interpoſitum ſuper obliga-
tione † naturali, eam efficacem reddit, *d. c. quamvis de pact. in 6.* actionem producit, 22
& quidem in utroque foro, ut placet Panor. *in c. cum veniſſem. n.26 de Inſt.* Inter pa-
trem † verò & filium ex donationis contractu obligatio naturalis oritur propter 23
conſenſum, *l. frater à fratre, & ibi Bart. ac Dd. ff. de condict. indebit.* Ergò propter
hanc naturalem obligationē juramento efficax eſt donatio, & ſubſiſtit, nec etiam
propterea ſibi ipſi donare videtur pater. Nec obſtat patria poteſtas; quia hodiè
moribus † noſtris non tàm ſtrictè attenditur, ut hæc donatio inter patrem & fi- 24
lium propemodum recepta videatur. Multò minus de Jure Canonico ea poteſtas
Juris Civilis attenditur, præſertim in ſpiritualibus, ut juramentum habetur, ubi
periculum animæ vertitur. *c. fin. §. fin. de judic. in 6.* Non obſtat Dd. authoritas, ſuprà
pro negativa adducta: quia contrariā affirmativam magis communiter receptam
aſſerunt Dd. *in d. c. quamvis, de pact. in 6. & Bart. Iaſ. & communiter Dd. in d. l. frater à*
fratre. ff. de condict. indeb. Iul. Clar. lib. 4. Senec. q.8. & Jacob. Philipp. Port. *com. concl.*
& opin. lib.2. concluſ.2. ubi pro communi multos allegat. Atq; hanc opinionem in
† Camerā receptam teſtatur Gail. *lib.2. obſerv.38. n.7.* 25

Compa-

Digitized by Google

26 Comparatio III. Sic an donatio per Juramentum ita firmari poſſit, † ut
inſinuatione non indigeat, ſed etiam abſque ea valeat, ultra legitimam ſummam,
anceps & controverſia eſt quæſtio. Et negativa pars de Jure Civili itidem multis
rationibus, & Dd. authoritatibus, probari poteſt, quas brevitatis cauſſa vide apud
Gail. *lib 2. obſervatio. 38. nu. 5. uſq; ad num.* 12. Affirmativa verò ſententia Jure Ca-
nonico firmata, & communiter recepta: Gail. *d. obſervat. 38. num. 12. cum ſequentib.*
27 ubi hanc partem defendit, † & in contrarum adductas rationes refellit: & Jacob.
Philip. Port. *commun. concl. lib. 1. concluſ 40.* ubi quàmplurimos pro hac communi
opinione allegat: Joan. Berber. *in pract. part. 2. rubr. 2. de donatio. n. 37. c. 1. de pact. in 6.*
ubi communiter Canoniſtæ, facit vulgare axioma Canoniſt. quod juramentum
28 omninò ſit ſervandum, † quando abſque diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt,
c. licet mulieres, de jurejur. Berber. d. rubr. 2. n. 46. part. 2. de donat.

TITULUS IV.

DE TESTAMENTIS.

SUMMARIA.

1 *In teſtamento ſolenni ſeptem teſtes Iure Civili requiruntur.*
2 *Ratio, ne quid falſitatis circa teſtamenta committatur.*
3 *In codicillis quinq; teſtes requiruntur.*
4 *Iure Canonico teſtamentum coram presbytero & duobus, vel tribus teſtibus conditum, valet.*
5 *Ratio, quod ſecundum legem divinam in ore duorum vel trium ſtet omne verum.*
6 *Teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus, etiam ſine presbytero, valet.*
7 *Inſtitutio captatoria Iure Civili reprobatur.*
8 *Iure verò Canonico alterius diſpoſitioni vel arbitrio ultima voluntas committi poteſt: ſicut & legatum Iure Civili. nu. 9.*
10 *Teſtari non licet nutu, Iure Civili: & Iure Canonico permittitur, nu. 14.*
11 *An ad pias cauſas nutu teſtari liceat.*
12 *Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, non valet, etiam quoad pias cauſas, & liberos.*
13 *Fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt.*

1 COmparatio I. In teſtamento ſolenni ſeptem † teſtes Jure Civili requirun-
tur, iique rogati ſint, puberes, cives Romani, mares, non fœminæ. §. *ſed cùm
paulatim, Inſtit. de teſtam. ordin. l. hac conſultiſſima 21. & l. noſtram proviſionem 30. Cod.
de teſtam. Hartm Hartm. ab Epping. in pract. obſerv. 3. n. 3. Bald conſ 196. vol. 5.*
2 Ratio: ne quid falſitatis † circa ultimas voluntates hominum committa-
tur. Cùm enim res per teſtium ſolennitatem oſtenditur, tunc & numerus teſtium,
& nimia ſubtilitas requirenda eſt, ut per ampliores homines perfectiſſima veritas
3 relevetur. *text. in l. ult. C. de fideicommiſſ.* In codicillis verò † ad minimum quinque
teſtes requiruntur. *d. l. hac conſultiſſima, & l. ult. C. de teſtam. l. fin. & ibi gl. Alexand.
& Iaſon. C. de codicill. Angel. Inſtit. eodem in fin. Hartm. ab Epping. pract. obſervat. tit. de
4 codicill. obſervat. 1. nu 9. & 10.* De Jure verò Canonico † teſtamentum coram pres-
bytero, & duobus vel tribus teſtibus à parochiano conditum valet. *c. cum eſſes. & c.
5 relatum, de teſtament.* Ratio Juris, quod juxta verbum Divinum in ore † duorum
vel trium ſtet omne verum. *Deut. 12. Matth. 18. & Ioann. 8. cap.* Hoc ita conditum,
quoad pias cauſas, etiam ſervatur in foro civili. Warinſer. *tit. de teſtam. obſervat. 1.
n. 1. & 2.* ubi dicit, quod teſtamentum ad pias cauſas valeat coram duobus teſtibus,
† etiam

Digitized by Google

† etiam ſine Parochiali presbytero, *Alexand. conſ. 105. volum. 4.* tàm in foro Civili, 6
quàm Eccleſiaſtico: etiamſi teſtes non ſint rogati: licet etiam non ſint maſculi,
ſed fœminæ. *Didac. Covarr. in c. relatum. num. 4. & 5. Caſtrenſ. de teſtament. Bart. &*
Dd. in l. 1. num. 76. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Bald. ibi in fin. Felin. & Dec. cap. 3. de teſta.
Lud. Roman. in Authent. ſimiliter. Cod. ad l. Falcid. Corne. conſ. 278. volum. 1. Pariſ. conſil.
327. volum. 1. Quia habet privilegia teſtamenti inter liberos, vel latè tradit Tira-
quell. *in privileg. piæ cauſ. Dd. in dict. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. de teſtament.*
inter liberos. Unde eleganter & doctè *Hartmann. Piſtor. quæſtion. jur. libr. 1. quæſt. 1.*
& 2. per tot.

Comparatio II. Jure non valet inſtitutio † captatoria, hoc eſt, quæ in ar- 7
bitrium alterius confertur. *l. illa conſtitutio. l. ſi quis Sempronium. & l. captatorias. ff.*
de hæredibus. inſtituend. l. captatorias. 11. ubi Gothofr. C. de milit. teſtament. & l. capta-
toriæ. 46. ff. de legat. 1. Cujac. miſcellan. lib. cap. 13. De jure verò Canonico, † ſi quis 8
extremam voluntatem alterius diſpoſitioni committit, non videtur decedere in-
teſtatus, *c. cauſſam tibi. 13. & ibi gl. in verb. diſpoſitionem, ext. de teſtam.* Cæterùm lega-
tum † poteſt arbitrio alterius tacitè committi, ſecundum leges *l. 1. ff. de legat. 2.* non 9
etiam expreſsè. *l. captatoria. ff. de legat. 1. gl. in d. verb. diſpoſitionem.*

Comparatio III. Jure Civili nemini † nutu permittitur teſtari. *l. diſcretis.* 10
10. C. qui teſtament. facer. poſſ. l. ſi is qui. & ibi Paul. de Caſtr. ff. de teſtament. §. item ſur-
dus. & ibi Schneid. num. 2. Inſtit. quibus non eſt permiſſum. facere teſtam. Quod ibi no-
tandum dicit contrà eos, qui in mortis articulo conſtituti, perdunt loquelam per
aliquot dies, quod tales non poſſunt teſtari, quomodo etiam per ſcripturam
ab alio confectam, & coram ipſis recitatam, & ſigno aliquo approbatam. Wurm-
ſer. *pract. obſervat. tit. de teſtament. obſervat. 5. num. 6. 7. & 8.* ubi dicit, quod teſtamen-
tum non valet, ſi teſtator obmutuit, antequam perficeret, ne quidem in eo, quod
factum eſt. An verò ad pias † cauſas nutu conditum teſtamentum valeat. Jul. 11
Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 6. num. 7.* valere dicit, quod Wurmſer. *d. obſerv. 5. num.*
8. & 9. tum admittit, ſi teſtator totam voluntatem jam expreſſit, ſed tamen ante-
quam legeretur ſcriptura coram teſtibus, obmutuit, vel mortuus eſt ſecus, ſi ob-
mutuit inter teſtandum, antequam perficeret & abſolveret ſuam voluntatem.
Rationem differentiæ addit, quia hoc poſteriori caſu nullum eſt habendum † ra- 12
tione imperfectæ voluntatis; priori reſpectu ſolennitatis potiùs, quæ in teſta-
mento ad pias cauſas, & inter liberos non attenditur, *per text. & ibi Bald. in l. fin.*
Cod. famil. herciſc. gl. & Caſtrenſ. in dict. l. ſi is qui. l. ea. ff. de teſtament. Sed an etiam
fideicommiſſa † nutu relinqui poſſint? ita probat Joann. Vand. *Var. quæſt. lib. 1.* 13
q. 16. De jure verò Canonico nutu teſtamentum fieri poteſt † & ſufficit, quando 14
ad locutionem alterius obmuteſcens annuat, partibus præſentibus, *gloſſ. in c. cum*
tibi. 13. in verb. diſpoſitionem, extr. de teſtament. quàm gloſſ. ſingula-
rem dicit Bald. *in l. 1. Cod. de ſacroſanct.*
Eccleſ.

TITULUS V.

DE HÆREDIBUS.

SUMMARIA.

1 *Hæres extraneus non adimplens ultimam defuncti voluntatem, perdit ſibi relicta. Suus tamen hæres legitimam retinet.*

2 *De Iure Canonico hæredibus non exequentibus voluntatem teſtatoris, omnia indiſtinctè adimuntur.*

3 *Item qui relicta ad pias cauſas conferre diſtulerit.*

4 *Iure Civili hæres non cogitur præcisè hæreditatem adire, ſed hæres Falcidiam, filius legitimam, fideicommiſſarius Trebellianicam deducere poteſt.*

5 *Iure Canonico hæres indiſtinctè ad explendam ultimam teſtatoris voluntatem ab Epiſcopo compellitur.*

1 COmparatio I. Secundum leges, ſi heres † extraneus non adimplet ultimam defuncti voluntatem, omni privatur ſucceſſione, omniaq; relicta perdit. Si filius hæres inſtitutus non obtemperet defuncti voluntati, privatur quidem ſucceſſione, legitimam tamen retinet, & non perdit. *l. ult. cum Auth. hoc amplius. C. de fideicom. in præfat. §. primum. & c. 1. § ſi quis autem, in Auth. de hæred. & Falc. col. 1. tit. 1.*
2 *Nov. 1.* De Jure verò Canonico † indiſtinctè hæredibus, qui juſſa teſtatoris non adimpleverint, omnis res, quæ eis relicta eſt, cum fructibus & cæteris emolumentis interdicitur & adimitur, *text. in c. ſi hæredes. 6. extr. de teſtam. text. in c. licet. 6. in fin. extr. de voto & voti reo, & c. Sylveſter. cauſ. 11. q. 1. p. 2. decreti.* In quo lex Canonica ratione æquitatis prævalet, ut ipſa dicit gl. *in d. c. licet. in verb. privandum, & gl.*
3 *in d. c. ſi hæredes, in verb. interdicatur.* Sic hæres † qui relicta ad pias cauſas conferre diſtulerit, totum perdere debet *Auth. de Eccl. tit. §. ſi quis autem pro redempt. verb. ſi autem quis coll. 6 gl. in d. verb. interdicatur. in fine.*

4 Comparatio II. Jure Civili hæres non † præcisè cogitur adire hæreditatem, & ultimam defuncti voluntatem exequi, ſed filio licet legitimam ſuam deducere, *per Auth. de hæredibus & Falcid. c. 1. §. ſi quis tamen. coll. 1. Novell. 1.* ut & quilibet hæres alius Falcidiam, & fideicommiſſarius Trebellianicam, prius ex legatis deducere & retinere poteſt: *Inſtit. de l. Falcid. in princ. & l. in quantitate. 73. §. ult. ff. eod. & l. 1. 3. 4. & l. cogi poterit. 16. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. l. 1. 2. 3. & 4. Cod. eod.* Quod ideò proindè lege conſtitutum eſt, ne ultimæ hominum teſtantium voluntates collaberentur, & in nihilum redigerentur, *d. l. cogi poterit. §. 8. & 9. l. quia poterat fieri. 4. ff. ad SC. Trebell. Inſtit. de l. Falcid. in princ. ibi, teſtatorum gratia, & Inſtit.*
5 *de fideicommiſ. hæred. §. ſed quia hæredes.* Jure autem † Canonico indiſtinctè hæredes ad exequendam & explendam ultimam voluntatem teſtatoris ab Epiſcopo compelluntur. *c. nos quidem 3. c. ſi hæredes 6. & ibi gl. in verb. ab Epiſcopo, & c. tua nobis. 17. & c. Ioannes. 19. extr. de teſtam.*

TITULUS VI.

DE LEGATO.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili res alienari poteſt, & quomodo hoc procedat.*

2 *Actori incumbit probatio.*

3 De

Digitized by Google

De Iure Canonico rei alienæ legatum ſimpliciter non valet. Ratio, ibid.
4 *Iure Civili tres actiones pro legato conſequendo competunt.*
5 *Prima eſt actio perſonalis ex teſtamento.*
6 *Hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatariis.*
7 *Secunda eſt rei vindicatio.*
8 *Tertia eſt hypothecaria actio.*
9 *Quando qualibet harum actionum competat: & an cumulari poſſint, remiſſivè.*
10 *Iure Canonico etiam competit condictio ex canone, & officium Epiſcopi.*

COmparatio. I. Jure Civili res aliena † legari poteſt, & legatum valet, atque ab hærede redimenda, & legatario præſtanda eſt, ſi res talis ſit, quæ vendi poteſt, *l. cum alienam, C. de legat. §. 9. non ſolum, & §. quod autem, Inſt. eod.* Quod tamen ita verum, ſi teſtator ſciverit, rem eſſe alienam, quàm ſcientiam, legatarius probare tenetur, per regulam, quod actori † incumbat probatio, *l. verius. ff. de probat. gl. in c. filius noſter, in verb. alicui. de teſtam.* Secus ſi ignoraverit: niſi conjunctæ perſonæ relictum ſit. Nam & tunc valet, licet teſtator erraverit, *d. l. cum alienum, & ibi Iaſ. num. 5. & Fab. in d. §. quod autem.* De Jure verò Canonico † rei alienæ legatum ſimpliciter non valet, *d. c. filius noſter. 6. extr. de teſtam. c. ſi Epiſcopus, cauſ. 12. q. 2. part. 2. decreti.* Ratio hujus Juris, quia lege Dei, qua res aliena, potius reſtitui de-, non autem lege hujus ſeculi vivimus, ut dicitur *in d. c. filius noſter.* 1 2 3

Comparatio II. Jure Civili tres actiones † legatario pro conſequenda re legata dantur, *§. ſed olim, Inſt. de legat.* Prima eſt actio † perſonalis ex teſtamento, quæ competit, quando hæreditas ex teſtamento adita eſt, *l. eam quam, & l. ex teſtamento, C. fideicommiſſ. & l. ſi nemo. ff. de regul. Iur. Plat in d. §. ſed olim, num. 9.* Ratio: quia hæres adeundo † hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatariis, *§. hæres, Inſtit. de obligat. quæ ex q. contract. naſc.* Ex quaſi verò contractu oritur obligatio, ex qua actio perſonalis producitur & datur, *l. licet. §. ea obligatio. ff. procurat.* Secundò rei vindicatio † competit, *d. §. ſed olim.* Ratio: quia legati dominium ſtatim à morte teſtatoris recta via in legatarium tranſit, *l. à Titio in fin. ff. de furt.* 4 5 6 7

Tertiò hypothecaria † actio datur, *d. §. ſed olim Inſt. de legat.* Ratio: quia legatario bona hæreditaria interim, donec caret re legata, tacitè obligata ſunt pro præſtatione legati, *l. 1. & ibi not. C. commun. de legat.* Quando autem † quælibet harum actionum competat, vide gloſſ. *in d. §. ſed olim. in verb. hypothecaria, Specul. tit. de actione. §. ſequitur, num. 34. & 35. & Hartman. ab Epping. in pract. obſervat. tit. de legatis obſerv. 1. num. 12. cum tribus ſeqq.* Et an cumulari poſſint, *ibid. num. 16. Ferrar. in pract. form. action. real. §. ſalvo Iure, num. 12. l. 2. & ibi Doctor. C. commun. de legat. & fideicomm.* De Jure verò Canonico † etiam pro legato competit condictio ex canone, & officium Epiſcopi, *ſecundum Specul. tit. de act. ſeu petit. §. ſequitur, nu. 36. per 16. q. 1. commonere 13. quæſt. 2. ultimo & per c. nos quidem c. ſi hæredes c. tua, extr. de teſtament. Hartmann. ab Epping. d. obſervat. nu. 23.* Hanc enim legati exequendi curam ſibi vendicant Eccleſiaſtici, *gloſ. in d. c. ſi hæredes, per c. Ioannes, de teſtam. Ioan. Oldendorp. in tract. de execut. ult. voluntat. tit. 2. n. 11. & c. 7. nu. 7. cum ſeqq.* 8 9 10

Digitized by Google

TITULUS VII.

DE QUARTA LEGITIMA, VEL TREBELLIANICA.

SUMMARIA.

1 *An filius, patre monacho effecto, legitimam à monſterio, eo adhuc vivente, conſequi poſſit.*
2 *Conſtitutio & ratio Iuris Civilis de hac quæſtione.*
3 *Diſpoſitio Iuris Canonici, & ejus ratio.*
4 *Legitimatio hujus Iuris per Panormitanum.*
5 *An filius gravatus hæreditatem reſtituere, duas quartas detrahere poſſit?*
6 *Quod Iure Civili purè rogatus non poſſit niſi unam tantùm partē detrahere, ratio.*
7 *Alia ratio à ſufficienti partium enumeratione ſumpta, quæ in Iure fortiſſima.*
8 *Inſtitutionis titulo aliquid relictum eſſe, ad excludendam inofficioſi querelam ſufficit.*
9 *Quod Iure inſtitutionis capitur in Trebellianam imputari ſolet.*
10 *Quod nec ſub conditione gravatus duas quartas detrahere poſſit, ratio.*
11 *Qui in uno gravatur, in alio relevandus eſt, & econtra.*
12 *De Iure Canonico filius, ſub conditione gravatus, duas detrahit: ſin purè, unam quoque tantùm.*
13 *Ratio, quia legitima gravari nequit ullo onere.*
14 *Ratio altera, quia Trebellianicam alioqui hæres detrahere poteſt.*

1 COmparatio I. An filius patre monacho effecto, † poſſit legitimam conſe-
qui à monaſterio, eo adhuc vivente: De Jure Civili, filius hoc caſu non po-
2 teſt legitimam partem, ſibi Jure naturali debitam, † petere in vita patris, *text. in
Auth. ſi qua mulier & ibi Bart. & gloſſ. in verb. moriatur. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ra-
tio hujus Juris, quia legitima tantùm mortis tempore debetur, *l. cum quæritur. C. de
inoffic. teſtam & l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collat.* De Jure verò Canonico filius non tene-
3 tur expectare mortem patris, Monaſterium ingredientis, † ſed in ejus vita à mo-
naſterio legitimam petere poteſt, *cap. cum ſimus, & ibi gloſſ. in verb. & bona paterna,
extr. de regular. lib. 3. decret.* Ratio hujus Juris videtur, quòd monachus pro jam
mortuo habeatur: mortuus enim eſt mundo, ut inquit text. *in c. placuit. 16. q. 1.* Er-
gò petitio legitimæ nata eſt, *d. c. cum ſimus. 14. in fin.* Cæterùm Panorm. *in c. in præ-
4 ſentia, ext. de probat.* de hac quæſtione tenet, quod filius quidem à monaſterio, † vi-
vente adhuc patre, alimenta petere poſſit, ne fortè fame pereat, ex quo pater ejus
curam per ingreſſum monaſterii abjecit: ſed ipſam legitimam partem, non niſi
poſt mortem patris rectè petat.

5 Comparatio II. An filius, † qui rogatus vel gravatus eſt, reſtituere heredita-
tem, duas quartas, legitimam ſcilicet & Trebellianicam, detrahere poſſit? De Jure
Civili indiſtinctè, ſive purè, ſive ſub conditione, ſi ſine liberis, vel in diem grava-
tus ſit, unam tantùm partem detrahere poteſt, *text. in l. Papinianus, §. meminiſſe &
ibi Bart. num. 5. ff. de inoffic. teſt. l. filium quem habentem, C. famil. herciſc. & in Auth. res
quæ ubi Iaſon. n. 3. C. com. de legat. l. jubemus, C. ad Trebell. SC. ubi dicitur: Quoties parens,
liberis hæredib. inſtitutis, invicem vel ſimpliciter quoſdam ex his, aut quendam, rogaverit,
qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ, ſuperſtiti reſtituere: ut omnibus
modis retenta quarta pro auctoritate SC. Trebelliani, in ipſis rebus hæreditariis dodrans re-
6 ſtituatur.* Quod autem purè rogatus † non poſſit, ratio eſt: quia tùm eodem tem-
pore

Digitized by Google

pòte duæ deductiones concurrent. At duo ſpecialia, *l. in ratione, § quod vulgò ff. ad*
l. Falcid. & d. l. jubemus, l. 1. C. de dot. promiſſ. Petr. Peck. de Iure ſiſtendi. c. 3. nu. 8 & duas
lucrativas cauſſas in eundem cadere non poſſe, pro regula traditum eſt, *§. ſi res*
aliena Inſtit. de legat. Altera † ratio à ſufficienti partium enumeratione ſumpta eſt, 7
quod argumentum in Jure validiſſimum eſt, *§. primo, Inſt. de obligat. ex q. contract. &*
ibi Angel. Quia ſi capiat Trebellianicam, tùm ea computatur in legitimam: illam
enim habet de bonis paternis, ut heres: & ſufficit ad excludendam querelam inof-
ficioſi, quod ſit inſtitutus, & inſtitutionis † Jure aliquid capiat. *l. omninò, & l. ſcimus,* 8
C. de inofficioſ. teſtam. & aliud quoque capitulum, Auth. ut cum de appellat. cogn. coll. 8.
Si vero capit legitimam, quæ ei Jure naturæ debetur, illam viciſſim quoq; in quar-
tam Trebellianam computare neceſſe eſt habet, cum eam capiat Jure inſtitutio-
nis; quia in ea fuit inſtitutus, ſicut in aliis bonis. Quæ autem alias capiuntur Jure
inſtitutionis, † in Trebellianam imputari ſolent, *l. in quartam. ff. ad l. Falcid. & ibi* 9
planè per Doctores. Quod ſi tamen Trebellianicæ cauſſa elegerit, nihilominus il-
lud, quod hodie in legitima, quæ naturâ liberis debetur, plus eſt habere poterit,
Doctores. in l. in quartam. & in d. l. omnimodò.

Quod ſub conditione gravatus, non poſſit detrahere duas quartas, probatur 10
ratione, † à majori ad minus ſumpta, quæ multum in Jure valet. *l. quantò magis, ff.*
de Iurejur. c. licet univerſis, & ibi gl. in verb. multò minus, de teſtib. Everhard. à Midelbur-
go in loc. à majori in loc. argument. Si enim non detrahit, qui magis gravatur, ut eſt
is, qui Jure gravatus eſt reſtituere, *fidejuſſores, Inſtit. de fidejuſſor.* Ergo multo mi-
nus, qui minus gravatur, ut quando in diem vel ſub conditione reſtituere tantùm
gravatus eſt. Interim enim fructus lucratur, licet in quartam imputentur, *l. in fidei-*
commiſſarium, ff. ad Trebell. Et hoc quoque naturalis ratio ſuadet, ut qui in uno gra-
vatur, † in alio relevetur, & commodum ſentiat, & econtra, *l. ſecundum naturam,* 11
ff. de reg. Iur. c. qui ſentit onus eodem tit. in 6. l. unic. §. prò ſecundo, in fine decad. tollen. l.
ſi igitur, 55. in fine, ff. pro ſocio, § ſed etſi poſt, Inſtit. de empt. & vendit. Et pro hac parte
Juris Civilis ingeniosè pugnat pluribus argumentis Hotoman. *Illuſtr. q. 37.* ubi vi-
de omnino, & Cujac. *in obſer. lib. 8. obſ. 3.* Unde etiam Contin. *in q. Iur.* de hac quæ-
ſtione. De Iure † vero Canonico diſtinguitur: Aut enim purè rogatus eſt filius hæ- 12
reditatem reſtituere, & tùm quoq; non niſi unam partem detrahet: Aut ſub con-
ditione, vel in diem, veluti ſi ſine liberis decedat, & hoc modo filius de reſtituen-
do gravatus duas quartas detrahere poteſt: *text. in c. Raynutius, & ibi gl. in verb. ligi-*
timam. & Panorm. n. 25. & c. Raynald. 18. & ibi gl. in verb. hoc modo, ext. de teſtam. Legi-
timam quidem ut Iure naturæ debitam: Ratio; quia in ea gravari nequit, † ſed 13
omne onus & gravamen de legitima ſubducendum eſt, *l. quoniam in prioribus, C. de*
inofficioſ. teſtam. Philipp. Port. comm. opin. lib. 1. concl. 42. Unde quia fideicommiſ-
ſum illud in legitima non tenet ipſo Iure, de alio rogatus videtur, & de eò, in quo
eſt rogatus, quartam deducere debet, *gl. in d. c. Raynutius, in verb. legitima.* Deinde &
quartam Trebellianicam detratere poteſt: Ratio, quia etiã alioqui quilibet † alius 14
eam detrahere potuiſſet: *gl. in d. c. Raynutius, in verb. quartam partem per Trebell.* & pro
hac parte Iuris Canonici eſt communis opinio Doctor *ut teſtatur Gail. lib. 2. obſ. 121.*
n. 6. ubi pro communi plures allegat, & Covarr. *in d. c. Raynutius § 11. n. 5. Angel. in l. cohæ-*

 res,

res. § cum filia. ff. de vulg. & pupill. ubi communiter approbatam. dicit. Dec. conſil. 688. num. 7. Roman. conſil. 185. num. 4. Curt. ſen. conſil. 75. num. 5. ubi dicit, quod illa opinio ſervetur per mundum. Roland. conſil. 85. num. 9. volum. 1. Natta conſil. 250. num. 5. vol. 2. Guid. deciſ. 52. & ibi Apoſt. Panorm. in d. c. Raynutius. num. 25. & ibi latè Addition. Iaſ. in Auth. noviſſima. num. 39. C. de inoff. teſtam.

TITULUS VIII.

DE CONTRACTIBUS.

SUMMARIA.

1 *Filiusfamilias Iure civili votis ſuis non obligatur, ſecus eſt de Iure Canonico.*

2 *Iure Civili licet contrahentibus ſe invicem decipere.*

3. *Beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. quando & in 3. quib. locum habeat.*

4 *Dolus nemini patrocinari debet.*

5 *Dolus dans cauſſam contractui bonæ fidei, eum ipſo jure nullum reddit.*

6 *In contractu ſtricti Iuris contra decipientem exceptio doli, vel actio ad reſcindendum datur.*

7. *Iure Can. dolus indiſtinctè non admittitur, & contractum ipſo jure nullum reddit.*

1 COmparatio I. Filiusfam. & filiafam. † non obligantur votis ſuis, propter patriam poteſtatem, in qua conſtituti ſunt Jure civili, ſicut nec impuberes. *Oldendorp. in collat. Iur. Civil. & Pontif. in verb. pater & filius, per l. vidua. C. de nupt. l. pupillus. ff. de oblig. & action.* Jure verò Canonico pueri doli capaces obligantur, *cap. 1. de delict. puer.* Innoc. *in cap. ſcriptura. de voto.* ubi tenet, quod votum filii in vita patris non obliget: ſed poſt eius mortem demùm, prout eum allegat Anton. Gomez. *variar. reſol. tit. de contract. mutui. num. 2.*

2 Comparatio II. Jure Civili licet contrahentibus † ſe invicem decipere, *l. in cauſſa. § penult. ff. de minor.* Quod tamen ita intelligi debet, ut ſi unus ex contrahentibus reipſa, non dolo aut intentione decipiendi alterius, læſus ſit infra dimidiam juſti pretii, non habeat contra hanc læſionem vel deceptionem aliquod remedium. Secus eſſet, ſi ultra dimidiam juſti pretii læſus fuerit: Tunc enim com-
3 petit † beneficium, *l. 2. C. de reſcindendâ vendit.* Quod remedium ex communi Doctorum ſententia non ſolùm in emptione & venditione, ſed etiam locatione & aliis contractibus bonæ fidei, imò etiam ſtricti juris contractibus, locum habet. *Dd. communiter in d. l. 2. Gail. lib. 2. obſerv. 70. n. 1.* Secus etiam eſſet, ſi quis dolo vel callida machinatione alterius fuerit deceptus, vel ad contrahendum inductus,
4 dolus enim nemini † patrocinari debet. *l. 2. C. de exc. dol.* & deceptis, non decipientibus, ſubveniendum, *l. & primo. § verba. ff. ad Velleian.* In quo tamen diſtinguitur inter contractus bonæ fidei & ſtricti juris. Dolus namque, qui dat cauſſam bonæ
5 fidei contractui, † reddit eum ipſo jure nullum. *Iaſ in l. actionum. l. de act. & Dd. in l. ſi quis eum aliter. ff. de V. O. & in l. & eleganter ff. de dolo.* Si verò dat cauſam contractui ſtricti juris, ipſe quidem contractus valet, & non ipſo jure nullus redditur: datur
6 tamen contra decipientem † exceptio doli, vel actio ad reſcindendum iſtum contractum, *d. l. ſi quis eum aliter. in pr. & l. dolo. C. de inut. ſtip.* De Jure verò Canonico ſimpliciter dolus non amittitur, & ſine diſtinctione ulla contractum, † ſive bonæ fidei, ſive ſtricti juris ſit, nullum reddit ipſo Jure. *Bald. in cap. 1. extr. de plus petit. Iaſ. in d.*

Digitized by Google

in d. §. actionum. n. 38. de actionib. Eoq; etiam rem Eccleſiaſticam ultra juſtum pretium alienari nolunt, *gl. in hoc jus cauſ. 12. q. 2. part. 2. decreti.*

TITULUS IX.

DE PACTIS.

SUMMARIA.

1 *Iure civili ex nudo pacto actio non datur.*
2 *Nudum pactum quid ſit.*
3 *Quia lex civilis nudis pactis non aſſiſtit, ratio, n. 5.*
4 *Actiones ſunt Iuris Civilis.*
6 *Limitatur Ius Civile, niſi dos, promittatur nudo pacto: niſi donatio facta ſit, n. 7. niſi quis conſtituat ſe ſoluturum, quod alius debet, n. 8. in nautico fœnore, n. 9. niſi in judicio factum ſit, n. 10. niſi res traditione adimpleatur, nu. 11. niſi juramento firmetur. num. 12. vel ſtipulatione, n. 13. vel ſcriptura, nu. 14. vel niſi deniq; ex æquo & bono judicetur. num. 15. quibus caſibus ex nudo pacto actio datur.*
16 *Iure verò Canonico indiſtinctè ex nudo pacto actio naſcitur & datur.*
17 *Ratio.*
18 *Pacta non ſervans peccat contra fidem humanam, & officium boni viri.*
19 *An Ius Canonicum hoc caſu in utroq; foro ſervandum ſit? Quod ſic ex communi opinione.*
20 *Vbi de peccato & conſcientia agitur, Ius Canonicum in utroq; foro ſervatur.*
21 *Deus inter ſimplicem loquelam & Iuramentum differentiam non facit.*
22 *Pactum filiæ, ut contenta dote, renunciet paternæ hæreditati, non valet Iure Civili, ne quidem cum juramento.*
23 *Quando principale non ſubſiſtit, nec acceſſorium valere poteſt.*
24 *De jure verò Canonico eiuſmodi pactum juramento firmatum valet.*
25 *Requiritur tamen primò, ut filia congruè dotata ſit.*
26 *Mulier pro exigua dote renuntians opulentiſſimæ hæreditati, relaxationem & reſtitutionem petere poteſt.*
27 *Quæ dicatur enormis læſio, remiſſivè.*
28 *Iuramentum tres comites habeat ſemper, ut valeat, Iudicium, Veritatem & Iuſtitiam.*
29 *Secundò requiritur, ut renunciatio iſta non vi, vel metu, vel minis facta ſit.*
30 *An hoc caſu metus reverentialis ſufficiat?*
31 *Matrimonium metu reverentiali non reſcinditur.*
32 *Tertiò, ne filia callida perſuaſione & dolo ad renunciandum & jurandum inducta eſt.*
33 *Et an dolus ex propoſito in hoc ſufficiat?*
34 *Quartò requiritur, ut is, cuius hæreditati renunciatur, moriatur ab inteſtato.*
35 *Renunciatio ſtricti juris eſt, & ad Ius ſuperveniens non trahitur.*
36 *Quintò, ut fratres & agnati exiſtent, in quorum gratia pactum illud factū eſt.*
37 *Renunciatio ad alias perſonas & caſus, ultra expreſſos, non extendenda.*
38 *Ceſſante cauſſa, ceſſat quoq; effectus.*

COmparatio I. Jure Civili ex pacto nudo † non datur actio, ſed tantùm exceptio, *l. Iuriſgentium. 7. §. quinimò. 5. & l. ſi unus. §. ſi pactus. & l. tale punctum. ff. de pactis. l. legem. 10. C. eod.* Dicitur autem pactum nudum, † quod in nullum nomen proprium contractus tranſit: vel quia nulla cauſa, puta datio, vel factum ſubeſt, quod de Jure Actionem parere non poteſt; Parit tamen exceptionem: ut ſi faciam tibi pactum de non petendo debitum ſimpliciter: Tum enim prodeſt adverſus petentem poſtea, licet nulla alia cauſſa debiti in pacto expreſſa ſit. *Io. Bellon. de antin. Iur. in 10. contrariet. verſ. ſecunda differentia.* Ratio: quia lex civilis † nudis pactis & conventionib. non aſſiſtit: ubi autē Jus commune in conventione deficit, ibi non poteſt dici obligatio ad agendū efficax. Sunt enim actiones † Juris Civilis, *l. 2. §.*

(margin numbers: 1, 2, 3, 4)

l.2.§ his legibus. ff.de orig.Iur. §. 1. Inſtit.de action. l.ſi pupill.6.§ videamus. ff.de negot. geſt.l.licet.42. §.ea obligatio. ff.de procuratorib. Bald & Doct.in l.ſi unus.26 § pactus ne
5 *peteret. ff.de pact.* Ratio autem, † cur lex non aſſiſtat, eſt, ne quis ex quibuslibet incogitanter & nonnunquam temerè prolatis verbis,indiſcretè obligetur: quandoquidem ſæpè benevolentiæ captandæ gratia, & ex affectione quadam potius, quàm ἐκ προαιρέσεως & obligationis inducendæ cauſa, ſtudia & officia noſtra deferimus, *§.2. verſ. cæterum ſi ut plerumq; Inſt de milit. teſtam. Bart.l.1. §. ſi quis ſimpliciter. ff.de verbor.obligat. Angel.Caſtr. & Doct.in d.rubr. de verbor.obligat.* Quod
6 tamen limita † I. Niſi per nudum pactum dos promittatur: Tum enim favore dotis actio inde datur,*l.unic. C.de rei uxor.act.* Hartm. ab Epping. *pract. obſerv.tit. de dot. obſerv.8. num.1.* ubi dicit, quod pactum inter virum & uxorem de lucranda dote & donatione propter nuptias valeat, *per d.l. unic. §.illo proculdubio.l.ex morte.*
7 *C.de pact. c.fin. de donat.inter vir.& uxor.* II. Niſi donatio † alicui nudo pacto
8 facta ſit, *l.ſi quis argent. §.fin. C.de don.* III. Si quis nudo pacto † conſtituat ſe ſoluturum, quod alius debet, *§.de conſtit.& ibi gloſſ. ac Doct. Inſt. de action.* IV. In
9 nautico fœnore † propter periculum, quod mutuans, ratione pecuniæ mutuatæ, ultra mare portandæ, in ſe recipit, actio ad uſuras datur ex nudo pacto, *l.periculi,*
10 *in fin. ff.de naut. fœnor.* V. Niſi judicio † factum ſit, *l.4.§.ſed cum nulla. num.19. ff.*
11 *de pact.* VI. Niſi traditione † rei adimpleatur pactum, *l.in traditionibus. 48. ff.de*
12 *pact. l.naturalis. §.ſi autem ff.de praſcr. verbor.* VII. Vel juramento † firmetur, *l.ut Iuriſjurandi. ff.de oper.libert. quæ major. 41. ubi Doct. C de tranſact. Iaſon.in d. §.ſed cum nulla.21. Auth.ſacramenta puberum. C.ſi adverſ. vendit.* VIII. Niſi ſtipulatione
13 † ſeu verborum ſolennitate munitũ ſit, *d.l.Iuriſgen.7. § quod ferè. & l.reſcriptum.10.*
14 *§.ſi pacto. ff.de pact.* IX. Vel ſcriptura † ſeu Chirographo. *d.l. §.quod ferè. & l.non figura.28. ff. de obligat. & act. Bart.in l.2. C.de condict. ob cauſ.& in l ſi creditori.C.de pign.act. not.in rubr.ff.de verbor.oblig. Soc. reg.9. num.14. Cagn. in l.id quod noſtrum.*
15 *num.14.ff.de reg.jur.* Vel ubi denique ex æquo † & bono judicandum eſt, ut in foro mercatorum, *Bart.& Doct in d. l.juriſgent. §.quinimò, & in l.ſi fideiuſſ. §.quædam.ff. mand.* & ſimilibus modis, quibus nudum pactum veſtitur, & ad agendum efficax redditur, quos referunt Doct. *in d.l.Iuriſgent. §.ſed cum nulla. & in d. §. de conſtitut.*
16 *Inſt. de act.* De Jure verò Canonico † ex nudo pacto indiſtinctè actio naſcitur & competit, *c.1.& ibi Canon.ext.de pact. c.iudicante 4.contract. num.24. cum ſeq.* Ra-
17 tio huius juris: quia eiuſmodi pactum, † licet non civiliter, tamen naturaliter obliget paciſcentes ex æquo & bono, *l.1.pr.ff.de pact.l.1.ff. de conſt.pec.* Quæ æquitas naturalis de jure Canonico præſtat, cauſam actionis, ſicut ſtipulatio de jure civili.
18 *Sich.in rubr. C.de pact. num.14.* Quapropter qui pacta † non ſervat, peccat contra naturam & officium boni viri: cùm humanæ fidei nihil magis congruũ ſit, quàm ea, quæ inter aliquos placuerunt, ſervare, *text.in l.1. in princ. ff. de pact.* An verò
19 Jus Canonicum hoc caſu in foro quoque civili ſervandum ſit, † quæritur? Et quidam Jus Civile in hoc per Jus Canonicum non eſſe correctum volunt, eò quod *in d. c. pacto.* nihil roboris de novo addatur, ſed ſaltem corroboretur priſtinum, per textum ibidem qui dicit, quod ſuam obtineat firmitatem, quam ſcilic. quodlibet pactum per ſe habet. *Ang in Inſt.tit. quib.mod. re contrah.oblig. in princ.num 7.*

Salic.

Digitized by Google

Salic. & alij in l.legem.10.num.6. C.de pact. Verùm communis eſt opinio, quòd Jus Canonicum uti juri naturali,& divino conſentaneum,in judiciis quoq; civilibus obſervandum ſit, quod & uſu ac conſuetudine fori ita hodie receptum eſt. *Iaſon. in d.l.Iuriſgent. 7. §.ſed cum nulla. num. 4. ubi communem dicit. ff.de pact. & Bald. in l.per eas.C.eod.&l. legitima 6.in princ.ff.eod.* per communiter receptam theoricam, quod ubi, de peccato † conſcientiæ agitur, Jus Canonicum in utroque foro ſervandum ſit,*cap.1.& 2.& ibi Doct. de nov.oper.nunt. Caſtr. in Auth. atqui ſemel.num.3. & 4. C.de probat. Sichard. in l. pactum dotali. 3. mum. 2. C.de Collat.* Peccat autem mortaliter,qui pacta non ſervat. *Paul.ad Rom.c.1.gloſſ.in cap.1 de pact.* Quia Deus inter ſimplicem † loquelam & Juramentum differentiam non facit,*c.Iuramenti cauſ.22.q.5. & cap.quicunq; Epiſcopi.66. cauſ.12. q.2.part.2.decreti. Sichard. in d.rubr. num.15. C. de pact.* 20 21

Comparatio II. Jure Civili pactum vel renunciatio filiæ, † quòd contenta dote nullum ad bona paterna regreſſum habere velit, non valet: quin ea renunciatione non obſtante regreſſum habeat ut ſuccedat,*l. pactum dotale.3.C.de Collat. &ibi gl.l.non dubium.C.de legib.l.pactum,quod dotali,&l.fin.D.de pact.l.ſtipulatio hoc modo concepta.61. & ibi Bart.Zaſ.& Dd. ff.de V.O. l.ſi quando. §.1. C.de inoffic. teſtam. Weſenb.conſ.11.n.1.Ioan Bellon in antinom Iur in 10.contrariet.verſ tertia contrarietas.* Ratio,quòd viventis nulla eſt hereditas,*l.ſuperſtitis.ff.de acqu.hæred.l.1.de hær.vend.* ideò in pactum deduci non poteſt,ne quidem dotale, adimi poſſit, *d.l.pactum dotale, & ibi Iaſ.Bald. Salyc. præl.hæreditas. D.de pact,convent.* Etiamſi juramentum accedat ad renunciationem illam:quia quando principale † infirmum eſt,&jure non ſubſiſtit, nec acceſſorium & confirmans valere poteſt, *d.l.non dubium.Sichard. in d.l.pactum dotale. num.2.* De jure verò Canonico eiuſmodi † pactum Juramento confirmatum, valet & obligat, *c.pactum. de pact. in 6. Henr. Breul. de renuntiandi recepto more,cauſ.4. num.10.* Ratio, quia Juramentum, quod in ſalutis æternæ diſpendium non vergat,nec in alterius damnum redundet, ſervandum: ne perjurii notam ſubeamus,*d.c.quamvis. in fin. c.ſi verò.& c.veniens.16.extr.de jurejur.Hyppol. de Marſil.ſing.683. Iaſ.conſ.133. vol.4. Purpur.conſ.100. Alex.conſ.29. lib.3.& conſ.42. lib.1. Matth.de Affl.*dec. 322.* Et ita de conſuetudine hodiè inter nobiles hanc renunciationem juratam frequentari & obſervari videmus, etiam in terris imperij. Cæterum ut de jure quoque Canonico rectè procedat,requiritur † primò ut filia congruè dotata ſit, quæ dos legitimæ, cuius loco ſuccedit, reſpondere debet, ſecundum facultates patris. *Ph.Franc.in d.c.quamvis.2. pr. l ſi filia Pater. ff.de legat.3. l.cum poſt. §.gener. & l.quæro. ff.de jur.dot. l quoniam. C.de inoff.teſtam. Anch. conſ.39. Salic.in l.fin. C.de pact. Bald.in l fin.C.de dot.promiſſ. Iaſ.Salic.& alij in Auth. res quæ. C.comm. de leg. Sichard. in d.l.pactum dotale. n.8.C.de collat Weſenb conſ.11.num.14.* Quare ſi mulier † pro exigua dote,quæ ad legitimam minimè adſcendit,ampliſſimæ & opulentiſſimæ ſucceſſioni renunciaverit, poterit ob illam enormiſſimam læſionem, à juramento præſtito relaxationem & reſtitutionem in integrum petere, *Franc. & Anchar. d.c. quamvis Panorm. in c cum contingat. num. 23. de iureiur. Didac Covarr.lib.2.var.reſol.cap.4. num.5. Marant. diſp.10.nu.52. Dec.in c.præſentia. num.36. de probat. &in l. cum te.C.de tranſact. & conſ.180.num.7. ubi communem dicit.* 22 23 24 25 26

& conſil.181. num.2. & 3. & conſil. 183. Iaſon. conſil. 135. volum. 4. Vaſqu. illuſtr. quæſt. lib.1. c.2. n.17. Gail. lib. 2. obſ.147. n.10. ubi dicit, quod in Camera Imperij hoc caſu reſtitutio in integrum data ſit, ob adductam & probatam enormem læſionem,
27 etiam ſine abſolutione à juramento, & Mynſ. *cent.5. obſ.59. & ſeq.* ubi tractat, † quæ enormis læſio dicatur. Ratio: quia juramentum non ſit vinculum iniquitatis, ſed
28 tres illos † comites ſemper habeat, judicium ſcilicet, veritatem & juſtitiam, *c. quanto. & c. etſi Chriſtus. 26. de jurejur. c. animadvertendum. 22. q. 2. & c. inter cætera. 2. q. 4.* Quod multò magis tunc obtinere debet, ſi planè nulla dos conſtituta ſit, quinimò ea renunciatio, utpote nullius momenti, tunc reſtitutione non opus habet, *Gail. d. obſ.147. n.13.* per rationem ſumptam ab alimentis. *ibid. n.14.* Deinde ut pactum ſeu
29 renunciatio iſta jurata valeat, & rectè procedat, † requiritur ut per vim vel metum, vel minas, vel verbera non ſit facta. *Phil. Franc. d. c. quamvis. n.11. C. de collat.* Sed an
30 hoc caſu metus † reverentialis ſufficiat quæritur? Et quamvis illum ſufficere putet *gl. in l.1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non det. & Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſact.* verior tamen & magis communis eſt contraria Dd. ſententia. *Sichard. d. l. pactum dotali. n.12. & Fran. d. c. quamvis. Gail. d. obſ.147. n.16.* Quemadmodum nec matri-
31 monium † metu reverentiali contractum reſcindit, *c. veniens ad nos. 15. & ibi Panor. de ſponſal. c. cum dilectus. & 6. Abbas. de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt.* Tertiò requiritur,
33 † ne callida perſuaſione & dolo inducta ſit filia ad renunciandum & jurandum, *c. quando. c. quinta vallis. & c. cum contingat. 28. de jurejur. Sichard. in d. l. pactum do-*
34 *tali, n.13.* ſive ex propoſito, † ſive reipſa interceſſerit dolus. Paria namque cenſentur, & idem operatur dolus reipſa, quod dolus ex propoſito, quoad reſciſſionem contractus. *l.2. ff. de dol. mal. & met. except. Bart. in l. quod Nerva. ff. depoſiti. Affl. dec.102.* Minus ergò rectè diſtinguit inter hæc duo genera doli. Alex. de Imol. *cauſ.41. vol.1.* ubi renunciationem adhuc valere putat, ſi committatur dolus reipſa, modò dolus
34 verus ex propoſito abſit. Quartò, ut renunciatio effectum † & vires ſortiatur; neceſſe eſt, ut is, cuius hæreditati renunciatur: moriatur ab inteſtato. Si enim filia poſtea à patre teſtamento hęres inſtituatur, nihil ei renunciatio jurata obſtat, quin ex eo hæreditatem vel partem ſuam capere poſſit. *Bald. in d. l. ult. C. de pact. & in d. l. pactum dotali. verſ. quæro. 3. & Sichard. n.7. C. de collat. Robert. Marant. d. diſp.10. n.35. Mynſ. cent.2. obſ.7. Natta in d. c. quamvis. 2. de pact. in 6.* Ratio; quia per inſtitutionem hanc remiſſum cenſetur illud juramentũ filiæ à patre: nec renunciatio, quæ ſtricti
35 juris eſt, † ad jus ſuperveniens habenda & extendenda. *Bart. Alex. & Iaſ. in d. l. ſti-*
36 *pul. hoc modo. ff. de V.O.* Quintò requiritur, † ut extent & ſuperſint fratres vel agnati, in quorum gratiam pactum illud vel renunciatio facta eſt: *ita Bald. in d. l. pactum dotali. verſ. quartò quæro, & Alex. in d. l. ſtipul. hoc modo. & conſ.29. vol.3. Rob. Marant. d. diſp.10. n.15.* Ratio, quia talis renunciatio cenſetur facta favore maſculorum & rebus ſic ſtantibus. *Paul. de Caſt. in d. l. pactum dotali, verſ. item quæritur. col.2.* Et
37 cum aliàs ſtricti juris & odioſa ſit, ad alias perſonas † & alios caſus ultra expreſſos extendi non debet, *Sichard. in d. l. pactum dotali, n.10. C. de collat. per l. iube-*
38 *mus. C. ad Velleian.* ſed ceſſante cauſa † renunciationis, ceſſabit quoque effectus. *per reg. cap. ceſſante. extr. de appellat.*

TITULUS X.

DE STIPULATIONE.

SUMMARIA.

1 *Iure civili nemo alteri ſtipulari poteſt. Fallit, ut num. 3. & 5.*
2 *Stipulationes quare inventæ & receptæ.*
4 *Cautela pro eo, qui pro altero ſtipulatur.*
6 *De Iure Canonico ſtipulatio alteri facta ſubſiſtit cum juramento.*

COmparatio I. Jure Civili nemo † alteri ſtipulari poteſt, hoc eſt, ſtipulando 1
acquirere. §. *ſi quis alij. 4. Inſt. de inutilib. ſtipul. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. 17. ff. de V. O.* Ratio, quia ſtipulationes ideò inventæ † & receptæ ſunt, ut unuſquiſque 2
ſibi acquirat, quod ſua intereſt. §. *alteri. Inſtit. de inutil. ſtipulat. & d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri.* Niſi ei, cuius juri ſubjectus eſt: † ut ſi filius patri, & ſervus domino ſtipula- 3
tur, vel econtrà: *d. §. alteri. & §. ei verò, Inſt. de inutil. ſtipul.* Unde cautela traditur,
† ſi quis alteri ſtipulatur, ut pœnam adjiciat, cuius metu promittentem ad ſervan- 4
dum aſtringat, *d. §. alteri. Inſt. de inutilib. ſtipulat. l. arbiter intra. ff. de recept. arbitr.*
Vel niſi quis pauperibus † aut piis locis ſtipuletur, *ut Bald. in l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.* 5
vel ipſius ſtipulantis interſit. §. *ſed ſi quis ſtipulatur inutil. ſtipul. & d. l. ſtipulat. iſta. 38. §. ſi ſtipulet alij. 20.* De Jure verò Canonico † ſtipulatio alteri facta admittitur & 6
ſubſiſtit, maximè ſi juramentum accedat, *c. juramenti cauſ. 1. q. 7. part. 2.*

TITULUS XI.

DE FIDEJUSSORIBUS.

SUMMARIA.

1 *Debitor principalis ante fidejuſſorem conveniendus, & excutiendus Iure Civili: ſecus eſt de Iure Canonico, n. 4.*
2 *Beneficium hoc quare novæ conſtitutionis vocetur.*
3 *Beneficium excuſſionis ceſſat de Iure Civili, quando ei renunciatum eſt: Vel principalis non ſit ſolvendo: Vel abſens ſit: Vel fidejuſſor ſe fidejuſſiſſe negârit: Vel bona rei penes ſe habeat.*
5 *Ubi cauſſa ex æquo & bono dijudicanda eſt, excuſſio locum non habet.*
6 *Deniq; in foro Mercatorum excuſſionis beneficium non admittitur.*

COmparatio I. Jure Civili debitor † principalis ante omnia legitimè excuti 1
debet, antequam fidejuſſor eius à creditore cõveniri poſſit: quod beneficium fidejuſſorum, vocatur ordinis ſeu excuſſionis, vel novæ conſtitutionis, *Nov. de fidejuſſor. §. ſi quis igitur. & Auth. præſente C. de fidejuſſor. ubi communiter Dd.* quia ante
† hanc conſtitutionem, liberùm erat creditori utrum debitorem principalem, an 2
verò fidejuſſorem convenire velit. *l. non rectè: in princ. & jure noſtro C. de fidejuſſor.* Exceptis quibuſdam ſaltem caſibus, quibus hoc beneficium excuſſionis ceſſat,
† veluti ſi fidejuſſor ei nominatim & expreſsè renunciaverit, *l. penult. C. de pact.* 3
Bald. in d. Auth. præſente, num. 6 gloſſ. in d. Novell. de fidejuſſorib. § ſi quis igitur. in verb. accedat. Ioan. Oldendorp. in tract. de iure ſingulari, tit. de privileg. fidejuſſor. vel ſi principalis non ſit notoriè ſolvendo, vel non facilè conveniri poſſit: vel abſens ſit extra territorium: vel bona rei penes fidejuſſorem ſint: vel ſi fidejuſſor negaſſet ſe fidejuſſiſſe, & convinceretur. De his & ſimilibus vide Gail. *lib. 2. obſ. 27. per tot.*

Digitized by Google

Mynſ.9. à Frun.cent.2. obſer.15. Hartm. ab Epping. pract. obſer. tit. de fidejuſſor. obſer.8.
num.12. cum ſeqq. Dd. in d. Auth. præſente, Port. lib.1. com. opin. concluſ.41. Petr. Duennas
4 *reg.335.* De Jure † verò Canônico etiamſi talis caſus non incidat, beneficium ſeu
exceptio iſta excuſſionis locum non habet, quod in hac ſubtilitates & apices juris
non curantur, ſed ex æquo & bono proceditur. *gl. in c. cum dilecti, in verb. ſubtiliter,*
in fin. ext. de judic. Duen. d. reg.335. limit.4. Port. d. concl.41. limit 33. Iaſ. in §. item ſi quis,
nu.78. Inſt. de actio. Guliel Ben. in repet. c. Rayn. verb. abſq; liberis nu.52. & ibid Covarr. in
teſtam. Weſenb. conſ.10. n.40. Gail. d. obſer.27. n.28. ubi autem cauſa ex æquo, & bono di-
5 judicanda, † ibi hoc beneficium ceſſat, *l. ſi quis fidejuſſor. §. quædam & ibi gl. verb. de*
apicib. ff. mandati. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem nu.78. Inſt. de action. Duen. d. reg.335.
limit.9. Port. d. concl.41. fallent.12. Bart. in l. Quintus. ff. mandati. Hartman. Piſtor.
6 *quæſt. Iur. lib.1. quæſt.6. nu.30.* Proinde etiam in † foro mercatorum hæc exceptio
excuſſionis locum ſibi vindicare nequit, propterea quod ibi ſummariè, de plano,
& ex æquitate, non inſpectis Juris apicibus, proceditur, *Gail. de obſerv.27. num.27.*
Duen. d. reg.335. limitat.3. gl. & Ang. in d. Novell. de fidejuſſ. § fin. & conſuetudine mul-
tarum regionum prorſus exterminatam dicit Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub.1. & 2.*

TITULUS XII.

DE EMPTIONE.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili venditor non cogitur rem præciſè tradere, niſi liberam facultatem ejus tradendæ habeat. nu.3.*

2 *Iure Canonico res, vel poſſeſſio, plenè & liberè omninò tradenda.*

4 *Qui in uno gravatur, in alio ſublevandus eſt.*

5 *Re duobus vendita, ille præfertur, cui prius tradita eſt.*

6 *Non nudis titulis, ſed traditione rerum dominia acquiruntur.*

7 *Perſonalis actio non ſequitur rei poſſeſſorem.*

8 *Primus emptor non agit adverſus ſecundum emptorem, cui res tradita eſt, ſed contra venditorem ad intereſſe.*

9 *An ſecundus emptor, cui res tradita eſt, præferatur adhuc, ſi prima venditio juramento facta ſit.*

10 *Eccleſia, cui aliquid primò venditur, præfertur ſecundo emptori, etiamſi res ei tradita ſit.*

11 *In beneficiis Eccleſiaſticis prima conceſſio præfertur ſecundæ.*

12 *In ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transfertur.*

13 *Prima conceſſio principum per modum gratiæ facta, præfertur poſteriori.*

14 *Limitatio ad l. quoties, C. de rei vindicat.*

1 COmparatio I. Jure Civile venditor † non cogitur præciſè tradere, ſed ſol-
vendo intereſſe liberatur, *l. ſi in emptione.2. §. vacua poſſeſſio 1. & l. ratio poſſeſ-*
ſionis. ff. de action empt. argument. l. ſi ſtipulatus.4 ff. de uſur. Jure autem Canonico
2 † res vel poſſeſſio ejus omnibus modis plenè & liberè tradenda eſt. *c. cum Ioannes.*
10. in princ. de fid. inſtrum. & ibi gloſſ. in verb. vacuam, argument. c. Piſaius, 19. de reſti-
tut. ſpoliat. Sicut & emptor præciſè ad pretium tenetur Jure Civili, *l. ex empto,*
in princ. ff. de act. empt. Iaſ. Angel. & Dd. in §. actionum. Inſtit. de action. In venditore
verò gloſſ. *in §. ſed & certum eſſe pretium. in verb. tradatur. Inſtit. de empt. & vendit.*
3 diſtinguit: Aut venditor † rei tradendæ facultatem habet, & tùm præciſè tenetur
præſtare: Aut non habet; quia fortè res evicta eſt, & non tenetur, ſed ſolvendo
id, quod emptoris intereſt, liberatur.

Ratio-

Digitized by Google

Rationem diverſitatis hujus inter emptorem & venditorem aſſignat gl. *in dicta l.ex emptio.in verb.facere cogitur.* Quia emptor tenetur ad pretium in genere, & ſic laxius eſt obligatus: venditor autem tenetur ad ſpeciem aliquam præſtandam,& ſic durius obligatur. Æquitatis ergò ratione venditor,qui durius obligatur, † in alio ſublevandus eſt: & econtrà emptor, qui in genere & levius obliga- 4
tur, inde in alio gravetur, *arg. in l. eum qui, in princ. & ibi gl. in verb. probandi. ff. de jurejur. Sichard. in rub. C.de contrah. empt. & vendit. nu.8.*

Comparatio II. Quando res † aliqua duobus vel pluribus vendita eſt,ille 5
præfertur,cui priùs tradita fuerit, *l.quotiens,& ibi gloſſ & communiter Dd.de rei vendicat.l.ſi ancillam.C.de act.empt.l.qui tibi.C.de hæred.vel act.vendit.l.qui tibi,C.de his qui rer.non domin.man.l.ſi ea res.31. §.uterq; 2. ff. de act. empt. & vend.* Ratio: quia venditor ante traditionem manet adhuc dominus. † Non enim nudis conventio- 6
nibus & titulis,ſed traditione rerum dominia acquirimus. *l. traditionib.C. de pact. §. per traditionem. Inſtit. de rer. diviſ. & acq eat.dom l.quam ratione,§. & hac quoq;, & l.traditio.ff.eod.& facit l in re mandata,C mandati.* Ideoq; alteri vendendo & tradendo,transfert dominium: & ſic rectè præfertur is, qui rei dominium per traditionem adeptus eſt, illi, qui perſonalem tantum actionem habet, † quæ non ſequi- 7
tur rei poſſeſſorem, *gloſſ. & Dd in d.l.quotiens, Wurmſer. pract.obſerv.tit.de empt.& vend obſer.5.n.1.& 2. Ant.Gomez.variar.reſol. tit. de empt.& vend.n.20.* Unde etiam non poteſt agere ex hac obligatione, vel actione ſua, adverſus emptorem, † ſed 8
adverſus venditorem ad intereſſe, *l.1. ff. de act. empt.l fin. §. fin. ff. de contrah. empt. & ibi gl & communiter Dd. text.& ibi not. in l. ſtipulationes non dividuntur. ff.de verb. oblig. Wurmſer.d. obſer.6.n.5.* etiamſi † prima venditio fuerit jurata. Nam adhuc 9
ſecundus emptor præfertur: *text. gl. & Dd. in l.ſi pecuniam, ff.de condict. ob cauſ. Ant.Gabr. Roman.lib.3. concluſ.2. num.3. Covarr. in epitom de ſponſal. c.5.1. part. & in c.quamvis.de pact. in 6. in relect. 1. part. §.4. num 2. Imol. & Canoniſta in c. veniens. de jurejur. Gomez. d. tit. de empt.& vendit. num.20. verſ. ſeptimo, Roland. à Valle conſil.6. num.24. volum.1.* Et hæc ita in privatis obtinet. Quando verò † Eccleſiæ aliquid 10
venditur, illa præfertur, etiamſi poſteà alteri quoque vendatur & tradatur.Ratio: quia in Eccleſiam,ſicut & in civitatem, dominium ex ſolo titulo abſque traditione transfertur, *l.ult.C. de ſacroſ. Eccleſ. Didac. Covar. variar.reſol. lib.2. cap.19.Gabr. Roman. d.concl.2. tit.de empt.& vend Gail pract.obſerv. lib.3. obſerv.55. Wurmbſer.d. obſerv. 5. num.4. tit. de empt. & vendit.* Sic in beneficiis † Eccleſiaſticis Jure Ca- 11
nonico ſtatutum eſt, ut prima conceſſio ritè facta ſecundæ præferatur,licet poſteà alteri quoque conceſſio & traditio facta fuerit. *c.tibi qui.de reſcript.in 6.c.ſi tibi abſenti,de præbend. eod Hartman. Piſtor. quæſt. jur. lib.2. part. poſter. quæſt 29. num 13.* Ratio: quod † in ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transferri ſolet. Ita 12
tradit Abb. *in c. continebatur, num.5 de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli. Iaſon. in dict. l. quotiens. num. 12. Alexand. conſil. 122. volum. 5.* ubi ita communiter approbatum dicit Hartm. Piſtor. *d.quæſt.29. num.19. & num.31.* Quemadmodum etiam † prima conceſſio principum per viam peculiaris gratiæ, vel privilegii 13
facta, poſteriori præfertur, quod & hic dominia ſine traditione transferatur, *l. prædia, C.de locat. prædio. civil.lib.1.* Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 29. num.11. & num.31.*

Digitized by Google

14 ubi notatu dignum judicat, quod in omnibus illis caſibus, † ubi ſine traditione dominium, vel jus aliquod reale ſine traditione acquiritur, d.l. quotiens non procedat, nec locum ſibi vendicare poſſit, & Wurmſer. *l. obſerv. 5. num. 4. tit. de empt. & vendit. in pract. obſervat.*

TITULUS XIII.

DE EMPHYTEVSI.

SUMMARIA.

1 *Emphyteuſis ad certum tempus conſtituta, ſi civilis, ad quoſcunque tranſit hæredes, intra illud tempus: Si Eccleſiaſtica, ad ſolos deſcendentes.*
2 *Novell. 7. correcta eſt per Novell. 120.*
3 *Sic emphyteuſis in perpetuum conſtituta, ſi civilis ad quoſcunque, ſi Eccleſiaſtica, ad ſolos deſcendentes tranſit.*
4 *Exceptio 1. in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſi à majore Eccleſia Conſtantinopolitana data ſit.*
5 *Replicatio hujus exceptionis.*
6 *Exceptio 2. niſi pro ſe & quibuſcunq; hæredibus accepta ſit.*
7 *Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſimpliciter ſine mentione hæredum accepta, ad extraneos non tranſit: ſecus eſt in civili, n. 8.*
9 *Emphyteuta civilis canonem non ſolvens intra triennium, & Eccleſiaſticus intra biennium, à jure ſuo cadit.*
10 *Quid ſi in parte tantùm ceſſet, vel poſt ſtatim ſolvat.*
11 *An dominus Emphyteutam ceſſantem propria authoritate ejicere poſſit.*
12 *Scriptura cenſetur de ſubſtantia Emphyteuſis Eccleſiaſticæ.*
13 *Omnes alienationes Eccleſiaſticæ in ſcriptis celebrari debent.*
14 *An in civili Emphyteuſi ſcriptura quoq; ad ejus ſubſtantiam requiratur.*

1 COmparatio I. Emphyteuſis conſtituta † ad certum tempus, ſi civilis fuerit, ad quoſcunque tranſit hæredes, intra illud conſtitutum tempus: Sin Eccleſiaſtica, ad ſolos deſcendentes, quibus deficientibus, ante completum annorum numerum, ad Eccleſiam revertitur. Niſi enim id nominatim actum ſit, ad extraneos non tranſit, *Jul. Clar. in §. emphyt. q. 28. Rol. à Vall. conſ. 96. n. 4. vol. 1. Alex. conſ. 23. num. 4. Imol. in l. ex facto, nu. 14. ff. de hæred. Inſtit. Ruin. conſ. 23. num. 34. lib. 4.* Et
2 in hoc Novell. † conſt. 7. cujus conſtitutione Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad filios & nepotes, non ulteriores deſcendentes tranſit, correcta eſt per Novell. 120. & ad omnes deſcendentes porrecta; Et hæc opinio habetur communis, ut teſtatur Jul. Clar. *d. q. 28.*

3 Comparatio II. In perpetuum † Emphyteuſis conſtituta, ſi civilis, ad quoſcunque hæredes: ſi fuerit Eccleſiaſtica, ad ſolos deſcendentes, eos tamen omnes tranſit. *Novell. 55. cap. 2. & Novell. 120. cap. 6. & hoc quidem, §. licentiam igitur. Clar. d. quæſt. 28. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 18. concluſ. 5. & cap. 17. concluſ. 4.* Exceptio
4 I. Niſi Eccleſiaſtica † Emphyteuſis à majore Eccleſia Conſtantinopolitana, vel aliis religioſis ædibus, quæ intra eandem urbem, vel ejus territorium exiſtunt, data ſit, quæ ultra nepotes non tranſit, *d. Nov. 55. cap. 2. & d. Nov. 120. cap. 1. & ſeqq.* Re-
5 plicatio, † niſi in ædificiis vetuſtate collapſis conſtituta ſit, *d. Novell. 21. cap. 1. §. ſi*
6 *verò quidam, & ibi Cujac.* Exceptio II. Niſi Emphyteuſis † Eccleſiaſtica pro ſe & hæredibus quibuſcunq; accepta ſit: tùm enim non ſolùm ad deſcendentes, ſed etiam extraneos hæredes tranſit, propter particulam, quibuſcunque *Roland. à Vall.*

Digitized by Google

Vall.d.conſ.96.n.28. cum ſeqq.volum 1. & *Anton. Gabr.Roman. comm.concl. lib.6.tit. de verb.ſignif. concl.4. Covarr.lib.2. var.reſol. c.17.concl.4.*

Comparatio III. Sic Emphyteuſis † Eccleſiaſtica ſimpliciter nulla facta 7
mentione, vel filiorum vel hæredum accepta, ad omnes Emphyteutæ deſcenden-
tes, non etiam extraneos tranſit, *d. Novell.120. Iul. Clar. §.Emphyteuſis, quæſt.6. nu.*
3. & d. quæſt.28. num.1.& 2. ubi communem dicit, licet ab ea Covarr, *lib.2. variar.*
reſolut. cap.12. concluſ.5. diſcedat. Civilis verò ad † quoſcunque, non ſolùm de- 8
ſcendentes, ſed etiam extraneos hæredes pertinet, *Clar. quæſt.27.n.1.& 2. quæſt.*
28. §. Emphyteuſis.

Comparatio IV. Si Emphyteuta † Canonem non ſolvit, in Civile Em- 9
phyteuſi, intra triennium. *l.2. C.de Iur.Emphyteut.c.ea enim 10.quæſt.12.* in Eccleſia-
ſtica verò intra biennium, à Jure ſuo cadit. *d.l.2. & Novell.7. & c. potuit, extr.de lo-*
cat. & conduct. Mynſ.cent.6. obſerv.83. & nihil intereſt, † ſive in toto, ſive ejus par- 10
te ceſſat: Nam licet partem ſolverit, cadit tamen à toto, *Spec. tit. de locat. §. nunc*
aliqua, Bald.in rubr.de contrah.empt. in 10. q. Salicet.in Auth. perpetua. C.de ſacroſan.
Eccleſ. Oldend. de Ponte conſil.29. num.1. Decian. reſponſ.92. num.8. volum. 3. Roland.à
Valle conſ.17. num.14. vol.2. niſi celeri ſatisfactione ſibi conſulat Emphyteuta Ec-
cleſiaſticus. *c. potuit. extr. de locat.* Nec etiam propria † authoritate dominus 11
Emphyteutam, licet ceſſantem, ejicere poteſt, ſed declaratoria ſententia judicis
ad hoc opus habet, *l.3. C.de jur.emphyt.arg.l.vectigali.31.ff.de pignor.l.non eſt ſingulis.*
ff.de reg.jur.& ita ſentit Molin. *in conſuet. Pariſ.part.1. §.6. gl.3. n.12.* & multorum
authoritate comprobat Borchold.*in comment.feud.c.3.n.30.* eamq; communem di-
cit. Jul. Clar.§. *emphyt. quæſt.11.*

Comparatio V. Scriptura † de ſubſtantia cenſetur emphyteuſis Eccleſia- 12
ſticæ, *l.jubemus, Auth.hoc jus.C.de ſacroſ. Eccl.& in Auth.de alien.& emphyt.* Weſenbec.
in parat. ſi ager vectigal. petat.num.2. Ratio: quod † omnes alienationes Eccleſia- 13
ſticæ in ſcriptis celebrari debeant. *c.ſive.12. quæſt.12.& c.hoc jus* 10. *quæſt.2. Dd. c.2.*
de reb.Eccl. non alien. In Civili verò emphyteuſi non idem requirunt ad ſolennita-
tem † & ſubſtantiam ejus, quanquam plerunque hic contractus in ſcriptis cele- 14
bretur, *l.1. ubi Angel.& Iaſ.num.12.C. de jure emphyt.Spec. de emphyt.n.5. Molin. in con-*
ſuet.Pariſ. part.1.in epit.nu.39. per Novell.7. in princ.§. lex. itaque. verſ. Anaſtaſius au-
tem.Weſenb. d.tit. ſi ager vectigal.n.2. in parat. ubi communiorem opinionem dicit,
ſunt tamen quàmplurimi, qui etiam in ſcripturam requirunt.*in d.l.1.n.32.cum ſeqq.*
& Corraſ.ibid.ad verb.Conceptionem,& ad verb.Scriptura interveniente, & Borchold.in
comment.feud.c.3.n.7. ubi multorum authoritates in hanc ſententiam cumulat, &
Clar. *in §.emphyt.q.4.* ubi communem aſſerit.

TITULUS XIV.

DE FEUDO.

SUMMARIA

1 *Feudum ſeculare novum jure feudi antiqui à laico conceſſum, aſſumit naturam feudi antiqui.*

2 *Eccleſiaſticum feudum conceſſum à prælato iure feudi antiqui, non item habetur pro antiquo.*

3 Eccle-

3 *Eccleſiæ conditio deterior reddi nequit.*
4 *Prælati res Eccleſiæ non ſolitas infeudari non poſſunt in feudum dare, niſi cum conſenſu capituli: ſecus ſi res ſit ſolita infeudari, nu. 6.*
5 *Res Eccleſiæ ſine certa ſolennitate alienari non poſſunt.*
7 *Laicus ſua bona ſine ulla diſtinctione in feudum dare poteſt.*
8 *Qailibet rei ſuæ moderator & arbiter.*
9 *Prælati ſucceſſor inveſtituram prædeceſſoris ſui ratam habere non tenetur.*
10 *Ratio quia prælatus non jure ſucceſſionis, ſed vel electionis, vel poſtulationis, ad dignitatem ſuam venit.*
11 *Fallit, niſi eum conſenſu vaſalli, poſſeſſoris, vel capituli, inveſtitura facta ſit.*
12 *Succeſſor verò laicus omnino ratam habere tenetur inveſtituram à defuncto factam.*
13 *Ratio, quia hæres in univerſum jus defuncti ſuccedens, factum ejus adimplere tenetur.*
14 *Inveſtitura novi feudi coram paribus fieri, & per eoſdem probari debet.*
15 *Ratio, ne quid falſitatis ab extraneis excogitetur.*
16 *Fallit. I. Si pares curiæ non ſint. II. Si feudum ſit vetus. III. Si Eccleſiaſticum. nu. 17. Ratio, ibid.*
18 *Filius vel agnatus laicus in feudo regulari ſuccedit: non item clericus.*
19 *Et vaſallus clericus factus feudum amittit.*
20 *Qui factus eſt miles Chriſti, deſinit eſſe miles ſeculi.*
21 *Feudum ſeculare per 30. annos præſcribitur.*
22 *In præſcriptione rei Eccleſiaſticæ 40. anni requiruntur.*

1 COmparatio I. Si feudum ſeculare novum † concedatur à laico jure feudi antiqui, feudum hujuſmodi, quoad juris effectum, cenſetur antiquum, & regulatur ſecundum naturam feudi antiqui. *And. de Iſer. in c. 1. de controv. feud. ap. par. termin. Alvarot. c. unic. de vaſall. decrep. ætat. Bald. Land. & præpoſ. in c. unic. de alien. feud. patern. Franc. Curt. tract. feud. part 1. quæſt. 8. Iul. Clar. in §. feudum. q. 8. Petr. de Ferr. in pract. format. libell. quo agit ad revocat. feud. in verb. nec ſuperſtitibus ex eo liberis, num. 33. Roland. à vall. conſ 60. num. 16. vol. 1. Anton. Gabr. Roman. lib. 3. concl. tit. de feud. concluſ. 1. Mynſ. cent. 4. obſerv. 84. Gail. pract. obſerv. lib. 2. obſerv. 50.*
2 *ubi communem dicit.* Si verò fuerit † feudum Eccleſiaſticum, & ab Epiſcopo, Abbate vel alio Eccleſiarum prælato ita concedatur vaſallo, ut Jure feudi antiqui id poſſideat, non habetur pro feudo antiquo, neque ejus naturam & qualitatem aſſumit, *Bald. in prælud. feud. nu. 43. Laudenſ. in c. unic. de his qui feud. dar. poſſ. Iaſ. in proœm. feud. num. 91. Anton. Gabr. Rom. d. tit. de feud. concluſ. 1. num. 6. Præpoſit. in prælud. feud. diviſ. 6. Socin. conſil. 4. nu. 18 volum. 3 Alexand. conſ. 10. num 3. vol. 3. Roland. d. conſ. 60. n. 15. cum ſeqq l. 1. ubi communem dicit.* Ratio, quòd Eccleſiæ conditionem
3 † deteriorem facere non poſſunt, *l. jubemus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat.* nec aliter ſoluto infeudare poſſint ſine debita ſolemnitate. *Gail. d. obſerv. 50. num 1. Borcholt. de feud, c. 4. de feud. diviſ. nu. 9.* & ut ſeq. comparat. dicetur.

4 Comparatio II. Res Eccleſiæ † non ſolitæ infeudari, non poſſunt à prælatis in feudum concedi, niſi cum conſenſu capituli, & ſolemni ac diligenti deſuper habito tractatu, *c. ſine exceptione, 12. quæſt 2. c. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien in 6. Gail. d. obſerv. 50. nu. 1.*

5 Ratio quia res † Eccleſiæ ſine certa ſolemnitate alienari non poſſunt, *Petr. de Ferra. in pract. form. libell. act. real. §. veris & legitimis, num. 69. Maſcard. de probat. concluſ. 75. d. c. ſine exceptione 12 quæſt. 2. & in c. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* Res verò
6 ſolitæ † & conſuetæ infeudari poſſunt à ſolo prælato. *Zaſ. epitom. feud. part. 5. num.*

Digitized by Google

n. 47. Hartman. Piſtor. quæſt. Iur. lib. 2. part. poſter. q. 27. n. 14. & 15. Seyſſell. in Spec. feud. tit.
de his qui feud. dar. poſſ. Laicus verò bona ſua ſine hac diſtinctione in feudum † dare 7
poteſt modo liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat. c. unic. § novi.
per quos fiat inveſt. ubi Obert. de Orto dicit, Novi feudi inveſtitura rectè fit ab eo qui le-
gitimè bonorum ſuorum adminiſtrationem habet. Ferrar. pract. form. libell. ad revocat.
feud. §. ac nomine recti & nobilis feudi, nu. 15. Curt. tract. feud. part. 2. q. 4. Ratio † quod 8
quilibet rei ſuæ moderator & arbiter eſt, l. in re mandata, C. mand. l. dudum. C. de con-
trahend. empt. l. 2. in fin. ſi quis à parente fuer. manum.

Comparatio III. Prælati ſucceſſor † non tenetur ratam habere inveſtitu- 9
ram anteceſſoris ſui, qui aliquem inveſtivit de feudo nondum aperto, ſi moriatur,
antequam feudum aperiatur, c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. tene. & c. 1. §. morib. ſi de feud. de-
funct. contr. Piſtor. 2. quæſt. Iur. lib. 2. part. poſter. q. 27. n. 2. Ratio, † quia Epiſcopi vel 10
Prælati ſucceſſor non eſt defuncti, ſui prædeceſſoris hæres, nec in Jus ejus, ſucceſ-
ſionis Jure, vel electioni, vel poſtulationis, evehitur: Igitur prædeceſſoris ſui, à quo
nullam cauſſam habet ejus, quoad dignitatem, vel officium modò ſpectat, inveſti-
turam taliter factam, confirmare, vel ratam habere non tenetur. Piſtor d. q. 27. nu. 5.
Bald. & alii in l. 1. de conſt. prin. Iacob. de feud. in verb. Sed an principes, nu. 1. Matth. de
Afflict. in c. 1. n. 53. qui ſucceſſor. teneant. Roland. à Valle conſ. 1. nu. 40. & conſ. 66. nu. 39.
vol. 2. Niſi is † cui inveſtitura facta fuit, in poſſeſſionem feudi, conſentiente vaſal- 11
lo poſſeſſore miſſus ſit, d. c. unic. ibi, niſi ille qui inveſtituram, qui ſucceſſ. feud. dare te-
net. Piſtor. d. q. nu. 5. Borcholt. de feud. cap. 7. nu. 20. vel niſi prælatus eum, quem in ca-
ſum mortis alterius vaſalli inveſtivit, cum conſenſu capituli inveſtiverit. Matth. de
Afflict. c. unic. nu. 44. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. & in deciſ. Neapolit. 101. Bald. in l. fin. in
fin. C. ſine cenſu vel reliq. Piſtor. d. quæſt. 27. num. 15. & 24. Borcholt. d. nu. 20. Succeſſor
verò † laicus omninò ratam habere tenetur inveſtituram, quam defunctus fecit, 12
ſive vivo anteceſſore, ſive poſt mortem ejus feudum apertum fuerit, d. c. unic. qui
ſucceſſ. feud. dar. ten. & d. c. 1. qui ſucceſſ. ten. Schurff. conſ. 59. num. 1. cent. 2. Gail. lib. 2.
obſerv. ult. nu. 2. Ratio, † quia laicus hæres ſeu ſucceſſor in univerſum Jus, quod 13
defunctus prædeceſſor habuit, ſuccedit, l. hæreditas, de reg. Iur. l. nihil aliud de verb. ſi-
gnif. eoq; contrà factum defuncti venire nequit, l. cum à matre, C. de rei vind. l. ſi ab
eo, C. de liber. cauſſæ, l. ex qua perſona, ff. de reg. Iur.

Comparatio IV. Inveſtitura † novi feudi ſecularis coram paribus curiæ 14
fieri debet, c. 1. quid ſit inveſtit. c. quib. mod. feud. conſtit. poteſt. Sonsbec. in comment. feud.
part. 9. num. 10. Schenck à Tautenberg. lib. 1. feud. tit. 2. §. ſi enim domino. n. 1. Ratio † ne 15
quid falſitatis ab extraneis excogitetur. Cùm enim pares curiæ fidelitatis vinculo
domino obligati ſint, ſuſpicione hac onerari non poſſunt, c. unic. §. idcircò de not.
feud. Bald. in c. 1. quid ſit inveſt. Sonsbec. d. part. 9. n. 12. Borcholt in com. feud. c. 7 quom.
feud. acq. per inveſtituram, n. 26. Sic etiam per pares curiæ probari debet, Schenck d.
§ ſi enim domino, n. 6. Sonsbec. d. part. 9. nu 14. p. 15. nu. 1. per d. c. 1. § 5. ſi enim dominus,
quid ſit inveſt. c. 1. §. Ius enim. ſi de inveſtit. int. dom. & vaſall. lis oriat. per c. 1. de content.
int. dom. & vaſal. de inveſt. feud. c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. ad nov. inveſtit. prob. niſi fortè 16
pares curiæ dominus non habet, quo caſu etiam extranei admittuntur, Borch. d.
num. 26. per d. c. 1. §. ſi autem inveſtitura veteris feudi, teſtes extranei ſufficiunt. c. unic.

Digitized by Google

17 *§.fin.qui teſt.ſint neceſſ. ad nov.inveſtit.* In feudo † verò Eccleſiaſtico ſine illa diſtin-
ctione veteris vel novi feudi, pares & extranei pariter accipiuntur, *c.unic.§.in cleri-
corum, ſi de inveſt.inter domin.& vaſall.lis oriat.Sonsb.d. part.15.n.2.in comment.feud.*
Ratio, quia clerici dũ aliis feuda dant, vel inveſtiunt, ſæpè abſcondité, & ſine præ-
ſentia ſuorum confratrum, coram quibuslibet teſtibus hoc facere ſtudent, *d. §.in
clericorum.Sonsbec.d.part.15.n.2.& d part.9.n.19. Borchold.d.c.7.n.28.in comm.feud.*

18 Comparatio V. Filius, † vel agnatus laicus, in feudo regulariter ſuccedit.
*Borchold. in comm. feud. c.7.quod feud. acquirat. per ſucceſſ. nu.10. cum ſeqq.Zaſ. in epi-
tom. feud.part.8. de feudi ſucceſſ.n.1. cum ſeqq. Sonbec.in comm.feud.part.9.n.43.cum
ſeqq* Filius verò clericus non ſuccedit in feudis. *c. unic. & ex hoc illud deſcendit. de*
19 *feud.fœm.* Et Vaſallus † clericus factus feudum amittit, Cardinalibus, Archiepi-
ſcopis & Epiſcopis exceptis, *c unic.§ qui clericus, de feudal.defuncti content.ſit.c.unic.
in fin.an mutus vel alias imperfect.Menoch.lib.2.arbitr. jud.quæſt.cent.3.caſ.231.Hartm.
Piſtor.in Senslitz quæſt.Iur.lib.2. part.poſter. q.33. per tot. Franc.Curt.tract.feud. part.
3.membr.2. verſ decimò principaliter quæro, Ioann. Fichard.in addit.ad Villalup.comm.
opin.num 29 Cacher.in deciſ Pedemon deciſ 32.* & hæc ſententia Aſſeſſoribus Came-
ræ Imperialis vera & communis viſa eſt, teſte Mynſin. à Frundeck.*cent.5.obſerv.48.*
20 Ratio, † quia deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti, *c.unic. de vaſal.
milit.qui arm.bell.depon.* Et hoc adeò obtinet, ut ad feudum non admittatur cleri-
cus, etiamſi habitum religionis pòſt depoſuerit, *d.c.1. de feud.fœm.Hartm. Piſtor.d.
quæſt.33. num.13.*

21 Comparatio VI. Si quis † per 30.annos rem aliquam tanquam feudum,
ſine interruptione poſſedit, deque ea ſervitutem, ad minimum ſemel præſtitit, is
feudum præſcribit, *c.unic.§ ſi quis per 30.annos ſi de feud. defunct.contentio ſit.Wurm-
ſer à Schaffthal.pract.obſer.tit.de feud.obſerv.13 n.3.& 4.Mynſ.cent.4. obſerv.29.Zaſ.in
epitom. feud. tit.qualit.feud conſt. nu.30. Borcholt. in comm. feud. cap.7. de præſcript.*
22 *n.4.* † Quod in feudis ſecularibus ita procedit. Sed in re Eccleſiaſtica 40. anni re-
quiruntur, ut in feudum præſcribatur, *Andr.de Iſern & alij in d. c. unic. §.ſi quis per
30.annos.Zaſ.d tit.qualit. feud. conſtit.num.31. Mynſing.obſerv.29.* ubi hanc ſenten-
tiam in cauſſa quadam comprobatam dicit in Camera. *Balb. de præſcript. part. 4.
quarta part. principal.1.q.12. Borcholt.d.tit. de præſcript.n.8.*

TITULUS XV.

DE SEQUESTRATIONE.

SUMMARIA.

1 *Sequeſtratio judicialis regulariter prohibita eſt.*
2 *Fallit I. in conventionali.*
3 *II. Si reus de fuga ſuſpectus eſt.*
4 *III. Si poſſeſſor fructus diſſipet.*
5 *IV. Si maritus prodigus ad inopiã vergat.*
6 *V. Si quis de bonis conferendis, vel legato cavere recuſet.*
7 *VI. Si res ad arma ſpectet.*
8 *VII. In Camera ſuper litigioſa poſſeſſione ſequeſtratio quoq; permiſſa eſt.*
9 *Quæ requirantur, ut judex ad ſequeſtrationem progredi poſſit, remiſſivè.*
10 *De Iure Canonico & conſuetudine ſequeſtratio uſque, quaque ferè admittitur.*

Compa-

COmparatio I. Jure Civili ſequeſtratio † regulariter prohibita eſt, *l. unic. C. de prohibit. ſequeſtr.* quod tamen de ſequeſtratione neceſſaria, ſive judiciali, quæ Juris neceſſitate imponitur, *d. l. unic. ubi Bart. & Bald. Iaſ. ad l. fidejuſſ. 7. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Corraſ. miſ. el. lib. 3. c. 2. nu. 6. Myn. ſ. cent. 5.* non de conventionali † ſeu voluntaria, quæ ſemper & ubique conceſſa cenſetur, accipiendum eſt, *l. 5. § 1. & l. ſeq. ff. depoſiti. l. 5. ff. fam. herciſ. Coſtal. ad d. l. fidejuſſ. 7. §. fin. Doct. ad l. unic.* ſi convenerit, ut ſi conſtituta die creditori non ſatisfiat à debitore, omnia ejus bona ſequeſtrentur, *l. non impoſsibile ff. de pact. l. penult. C. eod. l. in re. C. mand. gl. in l. 1. C. qui bon. ced. & in l. unic. C. de theſaur. lib. 11. Ferrar. Papienſ. in form. libell. ſequeſtr. gl. 1. n. 4.* vel ſi inter plures hæredes, communia inſtrumenta habentes, convenerit, ut apud ſeniorem vel eum, quem major pars elegerit, deponerentur atque reſervarentur, *l. 5. ff. fam. herciſc.* vel ſi partes contendentes, rem de qua controverſia eſt, ſequeſtrarent, licet ad id regulariter cogi nequeant, *Mynſ. d. obſ. 35. cent. 5.* Quibuſdam tamen caſibus etiam judicialis ſeu neceſſaria ſequeſtratio permiſſa eſt, veluti ſi reus † penes quem eſt res, de fuga ſuſpectus ſit, *l. ſi fidejuſſ. §. fin. ubi Doctor. ff. qui ſatiſd. cog.* Vel ſi poſſeſſor, † qui cuſtodiæ cauſſa in poſſeſſionem miſſus eſt, *c. 2. & ibi gl. ac Panorm. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Vel qui à ſententia aut ejus executione appellavit, fructus diſſipet, *c. 3. eod. l. Imperatores, § fin. ff. de appell. l. ab execut. c. quorum appell. non recip.* Vel ſi † maritus prodigus ſit, & ad inopiam vergat. *l. ſi cum dotem. §. ſi verò. ff. ſolut. matr.* Vel ſi † contumax de bonis conferendis cavere nolit, *l. 1. §. ſi frater, ff. de collat. bonor.* Vel ſi quis de fideicommiſſo relicto, vel legato, cavere recuſet, *l. poſtquam § imper. ff. de leg. nomin. cave.* Vel ſi res ad † arma ſpectet: nam & tùm judex auctoritatem ſuam interponere, & ſequeſtrum adhibere poteſt, *c. diſcordantes. 90. diſtinct. c. 2. ext. de dol. & contumac. gloſ. & Doct. in c. 2. extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Doct. in l. fin. C. de edict. div. Hadr. tollen. Iaſ. in l. ſi ſuper. nu. 5. C. de tranſact. & ad d. l. ſi fidejuſſ. §. fin. n. 17. Eman. Soarez. in comm. opin. verb. ſequeſtratio, per l. ſi cujus. § æquiſsimum. ff. de uſufruct. l. unic. C. uti poſsidet. Ioan. Ferrar. Papienſ. in form. ſequeſtr. gl. 1. nu. 2. Spec. tit. de petit. & poſſeſſ. §. 1. n. 38. & tit. de libelli concept. §. nunc. dicendum, nu. 14. Hyppol. ſing. 543. nu. 3. Capic. deciſ. 13. num. 1. & deciſ. 15. num. 7. & 8. Maſuer. in pract. tit. de poſſeſſ. num. 24. & 27. Franciſc. Hercul. in tract. de caut. de non offendendo, cap. 2. num. 13.* Sic quoque Imperii Conſtit. ſuper litigioſa † poſſeſſione, ad pacem publicam ſartam tectamque conſervandam, ſequeſtratio permiſſa eſt, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 21. §.* Ob auch in obberührtem Fall. *Gail. lib. 1. obſervat. 5. & 6.* & Mynſing. *cent. 2. obſervat. 96. & obſervat. cent. 11. ead. cent.* Ubi etiam docet, quæ requirantur, † ut Judex ad ſequeſtrationem legitimè progredi poſſit. De Jure verò Canonico ſequeſtratio † uſquequaque ferè licita cenſetur, *cap. 1. 2. & 3. extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Clem. unic. eod. c. ex literis de dol. & contumac. Oldendorp. de collat. Iur. Civil. & Pontific. in verb. ſequeſtratio.* ut & conſuetudine prava indiſertè eam exerceri quotidiè videmus. Sed & toto genere licitam eſſe ſequeſtrationem contendit, excepta pecunia vel quantitate debita. Robert. *lib. ſententent. Iur. cap. 5.* & Cujac. *in parat. C. de probib. ſequeſtr. pecun.*

Margin note numbers, right margin, in order: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10

TITULUS XVI.

DE USURIS.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili permittuntur uſura: Iure verò Canonico prohibentur.*
2 *Ratio prohibitionis.*
3 *Quandò ob moram alterius quis damnum paſſus eſt, uſura ut intereſſe rectè petuntur.*
4 *Quando damni emergentis & lucri ceſſantis ratio habenda ſit.*
5 *Conſtitutio Caroli V. de uſurariis contractibus.*
6 *Vſura quatenus ſint prohibita & damnabiles, remiſsivè.*

1 COmparatio I. Jure Civili † permittuntur uſuræ, *l.1.C.de uſur.* ubi Imp. dicit:
uſuras, ſi ſtipulatione promiſſæ ſunt, optimo jure deberi. Jure verò Canoni-
co prohibentur, *c.quia in omnibus.3.eod. tit.c. quoniam multi.47.c.12. & 4. extra de*
2 *uſur.& cap.1.eod.in 6.* Ratio prohibitionis, † quod per uſuras dilectio & charitas
proximi labefactetur, offendatur & extinguatur. *gloſ.in c.ſi fœneraveris 14. quæſt.3.*
3 Niſi quis ob moram † alterius damnum paſſus ſit: Tùm enim non ut uſura, ſed ut
intereſſe petuntur. Et ita obſervatur in Curia Romana, ut tradit gloſſ. *in l.*. & ibi
quoque *Zaſ.num.50. C.de ſum.Trinit.& fide Cathol. & gl.ſing. in c.conqueſtus, in verb.
deſcend.extr.de uſur.text. in c.2. de fidejuſſor.Panorm. in d.cap 1.conqueſtus, num.6.& in
c.naviganti,nu.14.de uſur.Innoc.cap.1. num.2.eod. Covarr. Variar. reſolut. lib.3 cap.4.
Felin.in c.venerabilis,num.7.cum ſequen de except.Ioann. Bell.de Auth.Iuris diſſolut.lib.*
4 *2.in 2.contrarietate.* Gail. *lib.2. obſerv.6.* Ubi, quando damni emergentis † & ceſ-
ſantis lucri ratio habenda ſit, tradit, *per tot.* Sic Jure Divino uſuræ prohibitæ ſunt.
Exod.c.22. Levit.cap.25.Ezech. cap.18. Pſal.15. Luc. cap.6. Ubi Chriſtus ipſe inquit:
Mutuum date, nihil inde ſperantes. Et hodiè Conſtitutione Caroli V. de uſur.
5 contractibus anno 48. promulgata † ſub graviſſima pœna uſuræ prohibitæ ſunt,
ita ut nulli judices ejuſmodi contractus executioni mandent, ſed amiſſione quar-
tæ partis ſortis tranſgreſſores, ſeu fœneratores & uſurarios mulctent. *Marant.
part.6.tit.de inquiſit.num.116.cum ſequen.de ordin. judic.& diſputat.5. per tot.Alexan.
conſ.47.& conſil.121. & conſil.126. num.5. Cravett. conſil.189. Molin. in ſuo tractat. de
commerc.* ubi doctiſſimè & uberrimè de uſuris diſputat. *& Ioann. Baptiſt. Lupus. in
tract.ſuo de uſur.& commerc. illicit.* & noviſſimè Petr. Frider. *de proceſſ. & mandat.*
6 *Cameræ, lib.2. cap.72. & 73.* ubi ingeniosè & doctè, † quatenus
ſint prohibitæ & damnabiles uſuræ,
diſputatur.

DE

DE JUDICIIS.

LIBER TERTIUS.

PARS PRIMA

DE JUDICIO CIVILI.

ABſolutis duobus Juris Objectis, ſeu capitibus principalibus, de Perſonis & Rebus, reſtat tertium, de Actionibus, ſeu Judiciis, tùm Civilibus tùm Criminalibus: & quidem in priori parte de Judicio Civili: in altera verò de Criminali agamus: ſicq; inſtitutum comparationis noſtræ ordine cum Deo & Muſis noſtris abſolvamus.

TITULUS I.

DE JUDICIO ET FORO COMPETENTE.

SUMMARIA.

1 *Judicium ſummarium quid ſit.*
2 *Judicium ſummarium a Iure Canonico facilius & pluribus caſibus admittitur, quam a civili.*
3 *Quibus caſibus de Iure, Canonico præſertim, admittatur.*
4 *Pauperes & miſerabiles perſonæ cauſſam ad judicem Eccleſiaſticum trahere poſſunt, etiam contra laicum.*
5 *Quæ cauſſæ judicium ſummarium potiſſimum faciant de Iure Civili.*
6 *Cauſſæ breves & modicæ generaliter non requirunt ſolennem Iudiciorum formam.*
7 *Inſtantia Iure Civili perit triennio, ſi cauſſa ſit civilis: & biennio, ſi criminalis.*
8 *Ratio, ut certus ſit litium finis, ne immortales fierent.*
9 *Iure Canonico nunque perit inſtantia: quod conſuetudo ſequitur.*
10 *In Camera quoque diſpoſitio l. properandum, de perimenda inſtantia locum non obtinet.*
11 *Fallit in quibuſdam caſibus, quibus etiam de Iure Civili non perimitur inſtantia infra triennium.*
12 *Perempta inſtantia, non propterea lis partis & acta probatoria pereunt.*
13 *Iudicio petitorio pendente, an poſſeſſorium adhuc intentare & in eo variare liceat, & num. 15. & quid de Iure Canonico, num. 16.*
14 *Connexitas cauſſæ dividi non debet.*
17 *Iure Civili ratione contractus quis forum ſortitur, & quod de Iure Canonico, n. 19.*
18 *In deciſoriis ſtatutum vel conſuetudo loci contractus potius, quam judicij inſpicienda.*
20 *Forum etiam litigatorum conſenſu competens fieri poteſt, Iure Civili: at Iure Canonico clericis non licet, num. 22.*
21 *Caſus, quibus Iudex alioqui incompetens efficiatur competens, vide remiſſive.*

COmparatio I. Judicium ſummarium † eſt, quod ſine ordine & ſolenni for- 1
ma, ſimpliciter & de plano, procedit, *clem. ſæpè & ibi gloſſ. Lanfranc. & Doct.*
de cauſ. deleg. & ſumm. Alex. conſ. 6. vol.. Bald. in l. nequicquam, §. de plano, ff. de offic.
proconſ. Ferrar. in pract. forma act. reat. in verſ. ſummariè. Robert. Maranta de ord. jud.
part. 4. diſt. 9. n. 1. cum ſeq. Hoc à Jure † Canonico facilius & pluribus caſibus ad- 2

mittitur, quàm à Jure Civili, *gl. & Doct. in d. clem. ſæpè c. veſtra & c. tua nos de cohabit.*
cler. & mulier. l. prolatam. C. de ſent. & interlocut. omnium jud. l. ſi abſentem, C. de accuſ.
3 præſertim, quando agitur † de electione, canonicatu, monachatu, præbenda, alio-
que beneficio Eccleſiaſtico, *cl. diſpendioſam. de jud. Marant. d. diſtinct. 9. nu. 42. & 55.*
& de cauſſa uſurarum ac decimarum, *d. c. diſpendioſam, & ibi Card. n. 12. & 15. quæſtio-*
ne. in examinatione ad perpetuam rei memoriam, de qua materia, *ext. ut lite non*
conteſt. in cauſſa matrimoniali, *d. cl. diſpendioſam & ibi gl. & Card. Marant. d. diſtinct.*
9. n. 56. Quando contrà religioſos agitur, maximè per viam inquiſitionis, *c. olim, &*
ibi Franc. de Aret. de accuſ. quando de cauſſa pauperum & miſerabilium perſona-
4 rum tractatur, adeò ut etiam laicum ad judicem † Eccleſiaſticum trahere poſſunt,
text. in c. ſignificantibus & ibi Abb. & Felin. de offic. deleg. quando agitur de mercede
laborantium, *gl. in c. dudum, §. verum de ſepult. Card. in Clem. 3. fin. q. 13. de præb. Deut.*
c. 24. & Levit. 30. & in ſimilibus plurib. caſibus, qui ſingulariter fundantur Jure Ca-
5 nonico. Sunt tamen etiàm multæ cauſſæ, † quæ de Jure quoque Civili Judicium
ſummarium faciunt, ut quando ſatiſdandum eſt legatorum nomine, *l. 1. l. ſi is à quo,*
ff. ut poſſeſ. lega. Sic in miſſione in poſſeſſionem ventris nomine, *l. 3. §. ſi ea, ff. de vent.*
in poſſeſ. mit. in executione facienda judicis officio. *l. 1. ff. de edend. Gail. lib. 1. obſ. 113.*
n. 9. & 10. in notoriis & confeſſis: *l. unic. C. de confeſſ. l. 1. l. certum, ff. eod.* in actione ad
exhibendum, *l. 3. §. ſciendum & ibi gl. in verb. ſummatim, ff. ad exhibend.* in dilationi-
6 bus concedentis, *l. properandum. C. de jud.* in cauſſis brevibus † & modicæ ſummæ:
Auth. niſi breviores. C. de ſent. ex peric. recitand. & ſimilibus, ſummariè proceditur de
Jure Civili, de quib. *gl. in d. l. 3. §. ſciendum, & Bart. in extravag. ad reprimendum. verb.*
ſummariè, latè Robert. Marant. d. diſtinct. 9. per tot. de ordin. jud. part. 4.
7 Comparatio II. Judiciorum inſtantiæ † Jure Civili triennio præſcribitur:
intrà illud enim tempus, quod à litis conteſtatione incipit, finiri debet judicium
civile. Si verò criminale ſit, arctiori ſpacio, ſc. biennio, circumſcribitur, *l. prope-*
8 *randum, & ibi Doct. C. de jud.* Ratio hujus Juris † optima, reiq; publicæ utiliſſima,
ne lites immortales fierent, ſed tandem iiſdem finis imponeretur, *d. l. properan-*
9 *dum, & ibi not. Soc. conſ. 31. vol. 1.* De Jure verò Canonico † nunq; perit inſtantia,
tex. in c. venerabilis & c. fin. de jud. & ibi Abb. & Doct. adeò quidem, ut licet etiã coram
judice ſeculari, in cauſſis Eccleſiarum agatur, nunquam tamen inſtantia eis pereat.
Ita Abb. in d. c. venerabilis, col. 5. Rober. Marant. part. 5. n. 21. de ord. jud. Hoc Jus Cano-
nicum hodie de conſuetudine in judiciis Laicorum, ubivis ferè locorum obſerva-
10 tur, ut & in ſupremo † Cameræ Imp. judicio, inſtantia nõ triennii ſpacio conſtrin-
gitur, ſed lis ad multos ſæpè annos, magnis partium ſumptibus protenditur, teſte
Mynſ. à Frund. *obſ. 51. cent. & cent. 2. obſ. 48.* Ratio, quod in Conſiſtorio principis, præ-
ſcriptio inſtantiæ juxta *d. l. properandum.* locum non habeat. *Mynſ. d. obſ. 48. Rober.*
11 *Marant. de ord. jud. p. 5. n. 15.* Excipiuntur quamplures alii caſus, † quibus etiam de
Jure Civili inſtantia triennio non finitur, ut in cauſſis fiſcalibus: *text. in d. l. prope-*
randum. de except. in emergentibus ante litem conteſtatam. *Bald. in l. poſt edictum. §.*
pen. in fin. de jud. & Alex. & Iaſ. in d. l. properandum. Item quando pars altera facto ad-
verſarii impetita eſt, *Bart. & Bald. in l. ſi cum ipſe, ff. de execut. tut.* Utile tamen eſt
hoc caſu proteſtari, *Bald. & Doct. in d. l. properandum.* Item ſi partes communi con-
ſenſu

Digitized by Google

ſenſu omnia acta repetant uno contextui quo pacto etiam inſtantia reſtaurari po
teſt, *Bart. & Alex. in d. l. properandum, Feli. in c. venerabilis. Mynſ. obſ. 49. cent. 3.* & in ſi-
milibus caſibus de quibus vide latè Robert. Marant. *part. 5. nu. 16. cum aliquot ſeq.* 12
Sed & ſciendum, † quod licet perempta ſit inſtantia, non tamen pereat jus partis
& acta probatoria, quin judicium, quoad illam cauſſam, de novo inchoari & agi-
tari poſſit. *Mynſ. cent. 3. obſ. 50.* cauſſam ſc. civilem. Nam criminale judiciū ultrà bien-
nium præteritum reſtaurari nolunt: *Ita Alex. & Salic. in d. l. properandum. §. pen. &
Bald. in l. abolitionem. C. ad l. Iul. de adult. Marant. d. part. 5. n. 2.*

Comparatio III. Judicio petitorio pendente † ante concluſionem cauſſæ 13
actor de adipiſcenda vel recuperanda poſſeſſione experiri poteſt: Gail. *lib. 1. obſ. 35. n.
11.* ubi dicit, quòd cauſſa poſſeſſorii ſimpliciter commiſſa, nō ſolum poſſeſſorium,
ſed etiam petitorium commiſſum intelligatur. Ratio eſt, connexitas cauſæ, † quæ 14
dividi non poteſt, *Bald. in l. ſi de proprietate. n. 4. C. ſi à non compet. jud. Gail. obſ. 32. nu.
11. lib. 1. pract. obſerv.* Ita ut in optione actoris ſit à qua velit incipere. Sed ſi † petito- 15
rium elegerit, ad concluſionem uſq; variare quidem licet: ſecus ſi jam lata ſit ſen-
tentia. Ratio, quod tùm Judex functus eſt ſuo officio. *Gail. d. obſerv. 35. nu. 11 ſub fin.*
Jus verò Canonicum † in eo variat, *c. ſignificaverunt. de teſtib. & c. paſtoralis. de cauſ.* 16
*poſſeſſ. & propriet. & Lanfranc. de Orian. latè per multas concluſion. in d. rubr. de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.*

Comparatio IV. Jure Civili quis ratione † contractus forum in loco con- 17
tractus, ſortitur, *l. hæres abſens. 19. cum l. ſeq. ff. de jud. l. unic. C. ubi de poſſeſſ. l. 1. C. ubi Se-
natus.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 5. & cent. 4. obſ. 82.* ubi dicit quod in deciſoriis † conſuetudo, 18
vel ſtatutum loci contractus potius inſpiciendum ſit, quam judicii. Jure autem
Canonico judex † loci tantam non habet poteſtatem, *c. Roman. de for. compet.* 19

Comparatio V. Judicium ſeu forum † etiam litigatorum conſenſu compe- 20
tens fieri poteſt, *l. ſi ſe ſubjiciant. 1. & l. conſenſiſſe autē. 2. in pr. ff. de jud. l. ſi per errorem.
15. & l. ſi convenerit, & ibi Bart. ff. de juriſdict. l. privatorum. 3. C. eod. tit. Robert. Marant.
de jud. ord. part. 4. diſtinct. 12. n. 3. cum ſeq. Spec. tit. de compet. jud. §. 1.* Ubi plures caſus
recenſet, quibus Judex † alioqui incompetens efficiatur competens. Jus verò ca- 21
nonicum forum † competens aliter definire videtur, *c. ſignificaſti. 18. de for. compet.* 22
& c. non liceat cauſ. 3. q. 6. part. 2. c. nullus. 1. cauſ. 9. q. 2. part. 2. Nam, *ut ſeq. tit. comparat.
1. dicetur,* clerici alterius juriſdictionem ſi vel maximè velint ac conſentiant, pro-
rogare non poſſunt, *per c. ſi quis. cleric. de for. compet.*

TITULUS II.

DE JURISDICTIONE.

SUMMARIA.

1 *Conventio partium, ut alius judex, quàm cujus Iuriſdictio eſſet, jus diceret, valet Iure Civili.*

2 *Clericus alterius juriſdictionem, etiam cum juramento, prorogare non poteſt.*

3 *Clericus an cùm conſenſu Epiſcopi juriſdictionem judicis laici prorogare poſſit.*

4 *Iudex cauſſæ principalis de incidenti quæſtione cognoſcere poteſt Iure Civili.*

5 *Multa per conſequentiam fieri permittuntur, quæ principaliter fieri prohibentur.*

6 *Conceſſo aliquo, ea, quibus ad id pervenitur, permiſſa cenſentur.*

7 *De Iure verò Canonico judex civilis de cauſa inci-*

ſa incidenti Eccleſiaſtica cognoſcere nequit, ſed remittere debet.

8 *Et ita aliquoties in Camera ſecundum hoc judicatum.*

9 *Fori privilegio quilibet renuntiare poteſt. Fallit ut nu.14.*

10 *An etiam clericus poſſit? Iure Civili ei permittitur: Iure verò Canonico prohibetur, num.12. Ratio, ibid.*

11 *Omnes licentiam habent, his, quæ pro ſe indulta ſunt, renuntiare.*

13 *Ratione feudi clericus tamen laico ſubjicitur.*

15 *Privilegiis exemptionum in Imperio Statibus conceſſis, non poteſt à ſubditis renuntiari.*

16 *Nec vaſallus jurisdictioni vel curiæ domini, eo invito renuntiare poteſt.*

17 *Cauſſæ ſpecialiter & in privilegium conceſſæ, delegari non poſſunt Iure Civili. Ratio, num.20*

18 *Vnde ea, quæ meri ſunt imperij, in delegata juriſdictione non veniunt.*

19 *Ne quæ judicis ſpecialem cognitionem deſiderant: quæq; propter induſtriam & juſtitiæ opinionem ſingularem alicui committuntur.*

21 *De Iure Canonico omnes cauſſæ imperij indiſtinctè delegari poſſunt. Ratio. n.23.*

22 *Delegatus à Principe cauſſas meri imperij ſubdelegare poteſt.*

24 *Delegata juriſdictio per mortem, tùm delegati, tùm delegantis, ante litem conteſtatam finitur.*

25 *De Iure vero Canonico per ſolam citationem rectè executam perpetuatur.*

26 *Delegatus non poteſt ſententiam ſuam exequi Iure Civili. Ratio. n.27.*

28 *At Iure Canonico ei permitti videtur executio, maximè principis delegato.*

29 *Pedaneis judicibus Iure Civili tota cauſſa non committitur.*

30 *Iure Canonico tota cauſſa alteri committi poteſt.*

31 *Iure Canonico appellatio ad delegantem à ſubdelegato, cui ſpecies aliqua cauſſæ commiſſa eſt, permittitur: non item ſi tota cauſſa, Ratio num. 32.*

33 *Iure Civili indiſtinctè ad delegantem appellatur: & ratio ibid.*

34 *In conceſſione juriſdictionis concedentis auctoritas præſervata cenſetur.*

35 *Iuriſdictio in dubio cumulativè non privativè conceſſa præſumitur.*

36 *Quando cauſſæ minores à judice ordinario alteri delegari poſſunt, & quando majores, jure civili.*

37 *Iure Canonico omnes diſtinctè cauſſæ majores & minores, committi poſſunt.*

38 *Leges non omnibus facilè, qui non Conſiliarii ſunt, cauſſas committunt. Canones verò delectum iſtum non adeò obſervant.*

1 COmparatio I. Si inter partes litigantes convenerit, † ut alius judex, quàm cujus juriſdictio eſſet, jus diceret, valet conventio. Licet enim de Jure Civili litigatoribus mutuò conſenſu ſe alterius juriſdictioni extrà forum ſuum ſubjicere, *text. in l. ſi quis ex conſenſu 8. C. de epiſcopali audient. & text. in l. conſenſiſſe autem 2. in princ. ff. de judic. l. non quidem ſunt. 1. C. de juriſdict. omn. judic. l. eſt receptum 14. & l. ſi convenerit. 18. ubi Dd. ff. de juriſdict. omn. jud. Zaſ. in l. ſi per errorem, num. 1. ff. de juriſdict.* De Jure Canonico non item clericis permittitur, *c. ſignificaſti, de for. com-*
2 *pet.* adeò ut ne volens † quidem clericus poſſit juriſdictionem alterius judicis prorogare, *c. ſi quis cler. de for. compet. c. inolita cauſ. 11. q. 1. Rom. conſil. 369.* etiamſi cum juramento prorogaſſet, *c. ſi diligenti. de for. compet.*

Ratio: ſolus enim Epiſcopus de jure habet juriſdictionem contentioſam inter clericos ſuæ diœceſis, *c. quanto c. cum ab Eccleſiarum. de offic. ordin. & c. de perſona cauſ. 11. quæſt. 1.* Unde ipſum Epiſcopum in hoc conſentire oportet. *c. P. & G. per literas. 40. de offic. deleg. c. non licet. cauſ. 4. quæſt. 6. part. 2. decret.* Robert. Marant.
3 *part. 4. diſtinct. 11. num. 2. de ordin. judic.* ubi tenet, quod clericus, † ne quidem cum conſenſu Epiſcopi ſui, juriſdictionem judicis laici prorogare poſſit, *per gloſſ. & Abbat. in d. c. ſignificaſti.*

Compa-

Comparatio II. Judex de incidenti ſeu emergenti quæſtione vel cauſſa, † 4
quæ alioqui ad juriſdictionem ejus non ſpectat, Jure Civili cognoſcere poteſt *l. ſi*
idem. ff. de juriſdict. l. quoties. 3. C. de judic. l. qui non cogitur. ff. eod. l. adite. 1. C. de ordin.
jud. Ratio, ne cauſſæ continentiæ dividatur. *d. l. quoties. 3. & nulli. 10. C. de judic. &*
d. l. adite. 1. & l. 3. C. de ordin. judic. l. 1. C. de offic. Rect. provin. l. quod evitandi, C de con-
dict. ob turp. cauſ. l. ordinarii. C. de rei vendicat. Facit quod multa † per conſequen- 5
tiam fieri permittuntur, quæ principaliter fieri prohibentur, *l. quæſitum, ff. de in*
jus vocand. l. ſi unus. § illud ff. de pact. l. 1. l. quod dicimus ff. de autor. tut. Et quod per-
miſſo aliquo † omnia per cauſſæ continentiam permiſſa videantur: quibus ad id 6
pervenitur, *Cravet. conſil. 203. nu. 26 Socin. ſent. conſ. 226. col. 17. vol. 2.* De Jure verò
Canonico judex civilis de cauſa † Eccleſiaſtica ſeu ſpirituali cognoſcere non po- 7
teſt, *c. tua de ordinat. cognit. c. cauſſam. 4. & lator. qui filij ſint legitim.* Sed incidens
quæſtio ſeu controverſia ſpiritualis à judice Eccleſiaſtico decidatur, *d. c. tuam. c. ſi*
judex laicus. de ſentent. excommun. in 6 Iaſ. in d. l. 3. nu. 5. 6. & 8. C. de judic. Et juxta hoc
Jus Canonicum † ita aliquoties in Camera Imper. judicatum teſtatur Mynſin. à 8
Frundec. *cent. 1. obſer. 100.*

Comparatio III. Privilegio fori, † ſibi à lege vel principe conceſſo, qui- 9
quilibet renunciare poteſt ex permiſſu Juris Civilis, *l. ſi quis in conſcribendo. C. de*
pact. & l. ſi convenerit. l. eſt ne receptum. ff. de juriſdict. l. 1. ff. ſi quis in jus voc. Mynſin. cent.
1. obſer. 88. ubi dicit, quod ex renunciatione fori juriſdictio Cameræ fundetur, adeò
ut licentia judicis, aliàs competentis, non neceſſaria ducatur, ſed partium ad hoc
ſufficiat conſenſus. *l. 1. & 2. de judic. l. 1. § & poſt operis, & ibi Iaſ. num. 11. ff. de nov. oper.*
nunciat. Etiamſi clericus fuerit, † qui renunciet. *per d. l. ſi quis in conſcribendo.* ubi 10
expreſsè dicitur, quod ſi quis confeſſus fuerit, ſe non uſurum fori præſcriptione
propter ſacerdotii prærogativam, non liceat ei adverſus ſua pacta venire, *& l. ſi*
quis. 51. C. de epiſc. & cleric. Ratio ibid. additur ex regula juris antiqui, quod † 11
omnes licentiam habeant his, quæ pro ſe indulta ſunt renunciare. De jure verò
Canonico clericus † privilegio fori nullatenus renunciare poteſt. Ratio: quia 12
non ſibi ſoli ſed toti ordini clericorum conceſſum eſt, *c. ſignificaſti, & cap. ſi di-*
ligenti & ibi gloſſ. in verb. manifeſta. de for. compet. Marant. part. 4. diſtinct. 11. num. 8.
in aur. ſpecul. judic. Roland. à Valle conſ. 4. nu. 9. volum. 1. niſi ratione feudi, † in quo 13
clericus laico ſubjicitur, & ita conſuetudo obſervat. *Iul. Clar. § feudum. quæſt. 90.*
num. 8. Archidiac. in c. unic. de cler. conjug. in 6. Guid. Pap. deciſ. 139. num. 1. in fin. Pariſ.
de puteo, de redinteg. c. 189. num. 1. cum ſeq. Sic etiam de Jure Civili non valet re-
nuntiatio † privilegii fori, ſi favorem quoque ſuperioris, non ſolùm renuntiantis, 14
reſpiciat. *Dd. in l. ſi quis in conſcribendo.* Unde privilegiis exemptionum quæ Stati-
bus Imperii Principibus, Comitibus & Nobilibus quibuſdam conceſſit Impera-
tor, ut nimirum ipſi eorumque ſubditi coram Rotvvilenſi, vel alio Judicio, conve-
niri non poſſint, † à ſubditis renuntiari non poteſt, *Gail. lib. 1. obſer. 40. nu. 3.* ſed re- 15
nuntiatione illa non obſtante, nihilominus ſubditum ſuum avocare poteſt domi-
nus, *Gail. ibid. num. 4.* Eadem ratione, vaſallus non poterit juriſdictioni † vel curiæ 16
domini, eo invito, renuntiare, *per c. Imperialem, § præterea & ibi gl. de prohibit. feud.*
alien. per Feder. Gail. d. obſer. 40. num. 6.

17 Comparatio IV. Cauſſæ, quæ ſpecialiter † & in privilegium lege vel con-
ſtitutione aliqua principis, conceſſæ ſunt, delegari non poſſunt. *l.1 & ibi Dd. com-*
18 *muniter. l. quæcunque ſpecialiter, ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſd.* Unde ea, † quæ
meri ſunt imperii, in delegata juriſdictione non veniunt. *Bart. Bald. Alex. Caſt. in l.*
Imperiũ. ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. in c. ſi quis contra. in fin. de for. comp. per Auth. iud. poſ-
19 *ſid.* nec ea, quæ officio judicis † ſpecialem cognitionem deſiderant, *l. nec quicquam*
§. decretum. ff. de offic. proconſul. & legat. l. 2. & ibi quoque Bart. Bald. & Caſtr. C. de pe-
dan. iud. Sed per illos ipſos, quibus ea propter induſtriam & juſtitiæ opinionem
commiſſa ſunt, expediri oportet. *Specul. de iuriſd. omn. iud. §. fin. verſ. quod eſt delega-*
20 *tus.* Ratio, quod ea, quæ privilegio † aliquo ſingulariter tribuuntur, & non jure
magiſtratus competunt, ad alias transferri non poſſunt Jure Civili. *l. 1. ff de conſtit.*
princ. l. ea quæ. 26. ff. ad munic. & de incol. Salyc. in d. l. 2. C. de pedan. iud. De Jure verò
21 Canonico † omnes cauſſæ, ſive imperii ſint, ſive juriſdictionis, indiſtinctè dele-
gantur. *c. quoad ſedem Apoſtolicam. de offic. ordin. c. in Archiepiſcopatu & ibi not. de rapt.*
gl. in c. pervenit. 95. diſtinct. in fin. c. licet de offic. vicar. lib. 6. clem. 1. de hæretic. c. cum ve-
niſſent, de eo, qui mittit in poſſeſ. c. illud cauſ. 23. q. 4. & c. ſicut cauſ. q. 2. 7 p 2. decret. & c. ad
22 *hoc. de offic. ordinarii.* Adeò ut etiã delegatus † à principe cauſas meri imperii ſubde-
legare poſſit. *Marant. part. 4. n. 63. de ordin. iud. ubi communem dicit Bald. in l. 1. in 6.*
not. C. qui pro ſua iuriſd. Et hoc Jure Canonico hodiè utimur. Communiter enim
receptum videmus, etiam hanc juriſdictionis ſpeciem delegari. Ratio, quod ea,
23 hodiè non ex ſpeciali privilegio amplius, ſed ut à cum juriſdictione dentur, &
tranſeant. *gl. & Dd. præſertim Socin. in c. quod ſedem 10. de offic. ordin. Socin. in tractat.*
citat. art. 4. n. 7. Dd. & Cagn. in l. nemo. 71. ff. de reg. Iur. Weſenb. in parat. ff. de offic. eius cui
mand. eſt iuriſd. n. 4. Schneid. in epitom. feud. part. 2. n. 91.

24 Comparatio V. Juriſdictio delegata † per mortem tùm delegati tùm de-
legantis finitur Jure Civili re adhuc integra: ſecus ſi lis jam conteſtata ſit *text. in l.*
& quia 6. & ibi Iaſ. n. 56. ff. de iuriſd. l. amplius. ff. rem rat. hab. Auth. de litigioſ. c. omnem
verò cauſſam. 3. tit. 13. coll. 8. Novell. 112. Zaſ. in l. more. num. 56. ff. de iuriſdict. De Jure ve-
25 rò Canonico † per ſolam citationem, modò ante mortem mandantis rectè exe-
cuta ſit. *c. ult. §. idem quoque. 1. de offic. delegat.* delegata juriſdictio perpetuatur, *c. li-*
cet. c. gratum & c. relatum. d. tit. de offic. delegat.

26 Comparatio VI. Jure Civili delegatus † ſententiam ſuam non poteſt exe-
27 qui ſine ſpeciali conceſſione. Ratio: quod executio, † ſicut & miſſio in poſſeſſio-
nem bonorum, ad ordinarium judicem ſpectat. *l. à Divo Pio, in princ. ff. de re iudic. l.*
28 *iubere, ff. de iuriſdictio.* Jure verò Canonico executio delegatis † quoque permitti
videtur. *c. præterea, & c. ſuſpicionis, de offic. delegat. c. ſi quis contrà clericum, de for. com-*
pet. & ibi gl. in verb. ipſius ſollicitudine. c. quærenti. de offic. & poteſt. iudic. delega. Quod
maximè in delegato principis obtinet, qui ipſemet ſuam ſententiam exequitur,
Abb. in d. c. ſi quis contra, & in c. ſignificaſti, de offic. delegat.

29 Comparatio. VII. Jus Civile non permittit † pedaneis judicibus, vel con-
ſiliariis, totam cauſam audire & finire, ſed conſtituit, ut omnibus modis conteſta-
tiones litium apud ipſos ordinarios judices fiant, & ut ipſi quoque probationes
per

Digitized by Google

per ſe audiant: & ut denique ſententiam dicant & appellationes recipiant. Reliquas verò cognoſcendi partes, propter legitimas occupationes, aliis committere concedit, *Auth. ut defuncti ſeu funera eorum non iniur. c. illud etiam. 2. tit. 15. coll. 5. Nov. 60. & Auth. de exhib. vel introducend. reis. c. ſi verò ſemel. 4. tit. 8. coll. 3. Novell. 53. Ioan.*
Sichar. d. in Auth. ad hæc. n. 5. C. ne iudic. Jure verò Canonico † tota cauſa alteri com- 30
mitti poteſt. *c. ſuper quæſtionum. §. intentionis de offic. delegat.*

Comparatio VIII. An à ſubdelegato ad delegantem appellari poſſit. In hac quæſtione differt quoque Jus Canonicum à Civili. Nam ſecundum canones
† diſtinguitur inter eum, cui ſpecies aliqua cauſſæ vel juriſdictionis: & eum cui 31
tota juriſdictio vel cauſa ſubdelegata eſt. Priori enim caſu ad delegantem rectè appellatur *cap. ſi quis contra. de for. compet. c. ſi à ſubdelegato de offic. deleg.* Poſteriori ad ſuperiorem, *c. ſuper quæſtionum, § porro. d. tit. de offic. deleg. c. Romana, in princ. de*
appell. in 6. Ratio, quod videatur † idem ille tanquam vicarius, cui juriſdictio, ſeu 32
cauſſa ſubdelegata eſt. Ille igitur ab eodem ad eundem, tanquam ſuſpicione juris ſuſpectum provocetur, non admittitur hoc caſu ad delegantem, ſed ejus ſuperiorem, appellatio. *c. novit. de appellat. c. 1. de conſtit. in 6. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. n. 6.*
ff. de iuriſd. l. 11. §. 1. & ibi Bart. ff. quis & à quo appell. De Jure † verò Civili indiſtinctè 33
appellatur ad delegantem, *l. in cauſſarum. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* Ratio eſt: quia licet judex mandet juriſdictionem, non tamen à ſe abdicaſſe, ſed originariam magiſtratus poteſtatem ſemper retinuiſſe intelligitur, commiſſo tantùm exercitio ejus, *l. quæcunque ſpecialiter. 1 § ult. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuris. l. more. & l. quia.*
ff. de iuriſdict. l. iudicium ſolvitur. ff. de iudic. Nam in conceſſione † & delegatione 34
juriſdictionis, concedentis auctoritatis ſemper præſervata cenſetur: unde etiam juriſdictio magiſtratus conceſſa, in dubio reſpectu ipſius, concedentis ſuperio-
ris, præſumitur conceſſa † cumulativè non privativè, *Bald. in l. qui ſe patris, n. 10. C.* 35
unde liberi, & in c. 1. in princ. n. 2. Felin. de his qui feud. dar. poſſ. & in conſ. 326. in fin. lib. 1. Grammat. deciſ. 30. num. 3. & num. 11. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. num. 1. & 2.

Comparatio IX. Jure Civili cauſæ † tantùm mediæ ſeu minores, hoc eſt, 36
quæ non excedunt trecentos aureos, à judice ordinario committi poſſunt, ſive ipſe occupatus ſit, ſive non. *l. placet. 2. & ibi gl. & l. quædam ſunt l. de pedan. iud.* Majores autem cauſas, hoc eſt, quæ excedunt trecentos aureos, tùm demum delegare poteſt, ſi ipſe occupatus ſit: ita enim neceſſitas quandoque juriſdictionem transfert. *l. unic. §. ſed non poteſt, ff. de offic. conſul. Auth. ad hæc & ibi Ioan. Sichard. num. 4. C.*
de iud. Jure verò Canonico † indiſtinctè committuntur cauſſæ, tùm majores, 37
tùm mediæ. *c. paſtoralis, in principio. de offic. delegat.* Et in hoc Jus Canonicum hodiè in curiis Imperii Romani receptum videmus. Nec etiam cuivis facilè ſecun-
dùm leges † committuntur cauſſæ, niſi conſiliarii ſint, quorum fides explorata 38
ſit, *Auth. de iudicib. c. ſi quis autem. 8. tit. 11. coll. 6. Novell. 82.* Canones verò tantum delectum perſonarum modò prælati ſint, non requirunt. *d. c. paſtoralis, §. item cum totum.*

Digitized by Google

TITULUS III.

DE JUDICIBUS.

SUMMARIA.

1 *Iudex appellationis non poteſt cauſam alteri committere, reſervata ſibi ſententia.*

2 *Iure verò Canonico ordinarius poteſt.*

3 *Iudex ordinarius non poteſt ſecundum leges recuſari, ſed alius ei adjungitur. Fallit tribus modis, ut nu. 6. 7. & 8.*

4 *Epiſcopus loci de jure adjungendus eſt, ſed de conſuetudine non ſervatur.*

5 *Iure Canonico ordinarius legitima de cauſa recuſatur.*

9 *Iudex delegatus utroque jure recuſari poteſt.*

10 *Iudex datus ſuper proprietatis cauſſa, non poteſt de poſſeſſione ſola judicare: at Iure Canonico poteſt.*

11 *Fallit, ſi actor & reus ſint diverſi fori, & uni poſſeſſorium, alteri petitorium competat.*

12 *Iudex ordinarius in arbitrum eligi nequit Iure Civili: at Iure Canonico poteſt.*

13 *Pœna civilis judicis malè judicantis.*

14 *Pœna Canonica.*

15 *Iudex civilis jus ſeu executionem gladij habet: Eccleſiaſticus non item.*

16 *In cauſa ſuſpicionis arbitri eliguntur, per quos cauſſa ſuſpicionis & principalis cognoſci poteſt, Iure Civili.*

17 *Iure Canonico ad ſuſpicionem tantùm diſcutiendam eliguntur.*

18 *Iure Civili cauſſam recuſationis judicis in genere allegaſſe ſufficit.*

19 *Recuſans juramentum calumniæ præſtare tenetur.*

20 *Ius Canonicum cauſſam recuſationis in libello exprimi & probari requirit.*

1 COmparatio I. Jure Civili judex appellationis † non poteſt delegare, vel
committere, cauſſam alteri, reſervata ſibi ſententia, *Auth. ad hæc C. de judic. &*
2 *ibi Sichard. n. 8.* De Jure verò Canonico ordinarius † cauſam alicui delegare po-
teſt, retenta ſibi ſententia, *c. ſuper quæſtionem §. intentionis. ext. de offic. deleg. Sichar.*
d. loco. nu. 7.

3 Comparatio II. Jure Civili judex ordinarius † non poteſt recuſari, ſed alius
quiſpiam ei adjungitur, qui unà cum eo judicet. *l. ſi contra pupillos. 1. C. quand. Imper.*
inter pupill. & vidu. l. fin. d. juriſdictio. omn. jud. gl Bart. & Dd. in l. apertiſſimi. cum Auth.
ſeq. C. de judic. & hanc communem opinionem dicit ibid. Iaſ. *nu. 4 Gail. lib. 1. obſer.*
33. nu 1. ubi dicit, quod propterea Judex & Aſſeſſores Cameræ recuſari nequeant,
etiamſi hoc aliquoties tentatum ſit. Et ad hoc, ipſo jure electi ſunt Epiſcopi loci,
4 † ſi modo ſit talis cauſa, cui ipſi intereſſe poſſint. *Auth. ſi verò. C. de jud.* Verum hæc
conſtitutio de Epiſcopo adjungendo hodiè non eſt amplius in uſu. *Sichard. in d. l.*
apertiſſimi. nu. 7. & l rem non novam, nu. 7. C. de judic. De Jure verò Canonico ordina-
5 rius ex legitimà cauſſa † recuſari poteſt, *c. ſi quis contra clericum, & ibi Socin. num. 5.*
de for. compet. c ſecundò requiris. & c cum ſpeciali, ext. de appellat. Sed & de Jure Civili
6 tribus caſibus ordinarius recuſari poteſt: I. Si parti † recuſanti graves & immor-
tales inimicitiæ intercedant cum judice, *l. unic. C. ſi quacunque præditus poteſtate, &*
7 *l. ſi pariter, ff. de liberali cauſ.* II. Si recuſanti † eſſet litigandum cum filia, aut
uxore ordinarii, *l qui juriſdictione, ff. de juriſdict. omn. judic.* III. Si ordinarius an-
8 teà † in ſimili cauſſa pronunciaſſet, eo quod non ſit veriſimile, judicem aliter pro-
nunciaturum in mea cauſa, *argum. l. eos in princ. C. de appellat. Sichard. in d. l. apertiſ-*
9 *ſimi. num. 8. 9. & 10.* Judex verò delegatus † utroque jure recuſari poteſt. *in d. l. aper-*
tiſſimi,

tiſſimi, in princ. Cod. de judic. in d. c. judic. ſecundò requiris, & d. c. cum ſpeciali. de appellat.
c. ſuſpicionis de offic. deleg.
Comparatio III. Jure Civili judex datus † ſuper cauſa proprietatis, non 10
poteſt de poſſeſſione ſola judicare, *l. ſi de proprietate, C. ſi à non compet. judic.* Jure
verò Canonico judex hoc poteſt, *c. ſi ſuſceptis. 1. & c. paſtoralis. 5. de cauſ. poſſeſſ. & pro-*
priet. c. adhoc junxit. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructu. Ratio hujus, ne cauſæ continentia
dividatur, *Hartman ab Epping. pract. obſer. 4. nu. 2.* Niſi actor † & reus ſint diverſi 11
fori, & uni poſſeſſorium, alteri verò petitorium competat, *ut in c. fin. de judic. Bald.*
id l. ſi de proprietate; c. ſi à non compet. jud.
Comparatio IV. Jure Civili judex ordinarius † non poteſt eligi in arbi- 12
trum ejus rei, de qua judex eſt, *l. ſed & ſi in ſervum § ſi quis judex. ff de recept. arbitr.*
Auth. ut different. judic. audi. interpellant. allegat. c. ſi vero contingerit. 2. tit. 15. collat. 6.
Novell. conſtit. 86. De Jure verò Canonico poteſt judex eſſe arbiter. *c. cum tempore.*
de arbitr. c. cum cauſ. de elect.
Comparatio V. Judex † qui per ſordes, vel gratia vel aliàs dolo contra ju- 13
ſtitiam malè judicaverit, tenetur parti non ſolùm ad æſtimationem expenſarum,
& totius litis, ſed etiam infamiæ notam ſubit, & punitur in triplum ejus, quod ac-
cepit, & in duplum ejus, quod promiſſum eſt. *l. eum quem temerè. 79. §. judicib. ff. de*
judicib. Auth. novo jure cum l. ſeq. C. de pœn. Iud. qui male judic. Wurmſer. in pract. obſer.
tit. de judic. obſerv. 2. n. 2. De Jure † verò Canonico per annum ſuſpenditur ab offi- 14
cio, & in æſtimationem litis inſuper parti læſæ condemnatur. *c. 1. de ſent. & re jud.*
in 6 c. intimaſti & ibi gl. & not. de appellat.
Comparatio VI. Judex Civilis † jus ſeu executionem gladii habet; *l. impe-* 15
rium. ff. de juriſdict. l. illicitas § qui univerſas. ff. de offic. præſid. Judex verò Eccleſiaſti-
cus non habet. *c. inter cauſ. 33. q. 2. part. 2. decreti.*
Comparatio VII. Jure Civili, in cauſa ſuſpicionis † arbitri eliguntur per liti- 16
gatores, apud quos cùm ſuſpicionis, tùm principalis cauſſa, ſi allegationem recu-
ſationis legitimam viderint, cognoſcitur. *l. apertiſſimi. & ibi Caſtrenſ. nu. 8. & l. cum*
ſpecialis. C. de judic. De Jure verò Canonico ſaltem ad diſcutiendam † ſuſpicionis 17
cauſam eliguntur arbitri: qua probata, illi non agnoſcunt de principali, ſed alius
judex impetrandus eſt, vel ſuperior tùm cognoſcit. Si verò non probetur, cauſa
ad eundem judicem remittitur, *text. in c. cum ſpeciali & c. legitima. & cap. ſecundò*
requiris. de appellat. Lanfranc. de Orian. in prax. de recuſ. num. 9. Spec. tit. de recuſ. §.
fin. num. 1.
Comparatio VIII. Jure Civili cauſam † recuſationis judicis in genere al- 18
legaſſe ſufficit: ita ut non ſit ulterius in ſcripto exprimenda, vel probanda: *gloſſ. in*
l. apertiſſimi, in verb. libello. & communiter Dd. ibid. Bald. num. 7. Iaſ num. 15. Cod. de Tre-
bellian. & in l. item ſuſpectus, ff. de procurat. Ita tamen, ſi recuſans jurejurando con-
firmet, † ſe non calumniandi animo judicem recuſare, quod prohibitionis loco 19
habendum, *gl. in d. l. apertiſſimi, in verb. recuſare Gail. lib. 1. obſerv. 33. num. 14.* Jus ve-
rò Canonicum generalem & ſimplicem iſtam recuſantis allegationem non ad-
mittit, † ſed cauſam in libello recuſationis exprimi, atque coram arbitris proba- 20
ri requirit. *text. & gl. in c. ſecundò requiris, & c. cum ſpeciali, ext. de appell. Abb. in c. 1. de*

ſub delegare poteſt: ita etiam in ſententiando vices ſuas alteri committere poſſe conſentaneum eſt. Secus eſſet, ſi alius ab inferiore à Principe delegatus hanc ſententiandi facultatem collegis ſuis committere velit: Wurmbſer. *in pract. obſerv. tit. de judicib. 13. n. 10.* ubi eleganter oſtendit, quomodo Juriſdictionis exercitium pluribus ut univerſis, vel ſingulis, competat: vel niſi arbitri, † aut delegati cum clauſula, ut ſi omnes intereſſe nō poſſunt, cæteri in cauſa procedant, eamq; determinent. Tunc ſi abſens vocatus eſt à pręſentibus, ipſiq; de ejus impedimēto certiores facti ſint, ſententia præſentium valet. *l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de arbitr. Paul. de Caſtr. in l. Pomponius ff. de re judic. c. prudent. & c. cum plures de offic. deleg. in 6.* Vel denique, † niſi ipſæmet partes in præſentes conſentiant, ipſorumq; ſententiæ acquieſcere velint. *Wurmbſer. in d. obſerv. 13. n. 13.* De Jure verò Canonico, ſententia, quæ à majori parte ex pluribus arbitris lata eſt † indiſtinctè valet, licet aliqui abſint, qui tamen per præſentes prius vocati ſint, *tex. & gl. in c. fin. de arbitr. in 6. & Paul. de Caſtr. in d. l. Pomponius.*

9
10
11

TITULUS V.

DE ACTORE ET REO.

SUMMARIA.

1 *Filiusfamilias contra patrem in judicio agere, & ſtare non poteſt. Ratio ibid. Ampliatur, I. Quod nec filius emancipatus ſine venia agere poteſt. Ratio, n. 2. Ampliatur. II. Quod liberis famoſam actionem contra parentes planè non licet intendere, ſed in factum moderatum, num. 3.*

5

6 *Fallit. I. In Caſtrenſi peculio & quaſi venia tamen impetrata, nu. 4.*

Fallit. II. de Iure Canonico, nu. 5.

Fallit. III. de conſuetudine nu. 9.

7 *Filiusfam. ſine conſenſu patris, non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio.*

8 *In cauſſis beneficialibus, & aliis rebus ſpiritualibus, conſenſus patris non exigitur, Iure Canonico.*

9 *Pupillus vel minor ſine auctoritate tutoris vel curatoris non poteſt ſtare in Iudicio.*

10 *Fallit. I. De Iure Canonico in cauſſis beneficialibus. II. Fallit in voto. III. In cauſſis matrimonialibus. IV. cum mortem patris exequitur.*

11 *Fallit de Iure Civili. I. ſi veniā ætatis impetraverit. II. ſi negotia alterius gerat. III. ſi de thoro violato. IV. ſi de libero homine. V. ſi de recuperanda poſſeſſione agat.*

COmparatio I. Filiusfam. contrà † patrem in Judicio agere vel ſtare non 1
poteſt. Ratio, quia inter hoc de Jure Civili lis nulla eſſe poteſt, propter patriā poteſtatem: *text. in l. lis. ff. de judic.* excepto † Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi peculio, 2
d. l. lis nulla, & ibi gl. l. cum oportet. §. exceptis caſtrenſib. C. de bon. quæ liber. §. fin. Inſt. de temerè litig. l. miles de Caſtrenſ. pecul. l. 3. ff. de minor. in quo non prohibetur, venia tamen judicis priùs impetrata, *l. quique. 4. cum ſeq. l. generaliter, ff. de in Ius vocand.* Sed nec † filius emancipatus ſine venia poteſt agere. Ratio, quia licet non obſtet 3
patria poteſtas amplius, tamen ingrati cenſentur, qui patrem, qui eum ex ſua poſtate dimiſit, ad judicem trahit, adeò ut etiam pater ex hoc graviter offenſus, eum in poteſtatem revocare poſſit, *titul. Cod. de ingrat. liber. Lag. in method. Iur. Civil. partic. 2. cap. 5. num. 4. & 5.* Famoſam † verò actionem nullatenus liberis adver- 4
ſus parentes intendere licet, ſed moderatâ actione in factum experiendum eſt, *l. ſi ſuperſtite. C. de dol. mal.* Tantam reverentiam & honorem legum ſanctiones tribuerunt parenti, ob poteſtatem ejus in filios, quod & Jure Divino congruit

juxta

Iure Civili inter ſe differunt. Iure verò Canonico promiſcuè uſurpantur, n. 7.
8 *Infamis poteſt eſſe procurator Iure Civili. Fallit I. Iure Canonico, nu. 11. Fallit II. in bene moratis Rebuſpub. n. 12. Fallit III. in Iudicio Cameræ, nu. 13.*
9 *Doctores & Principum Conſiliarij procuratoris officium ſubire debent.*
10 *Nobilis procuratoris officium exercens, privilegiis nobilium gaudere amplius non debet.*
14 *Mulier non poteſt eſſe procuratrix. Fallit, in Abbatiſſa monaſterij de Iure Canonico, num. 15. Fallit etiam pluribus caſibus, de Iure Civili, de quo remiſſivè, num. 16.*

COmparatio I. Mandatum procuratoris † mortuo mandatore finitur, lite 1
nondum conteſtata, ſecus ſi jam † conteſtata ſit, *l. ſi defunctus 15. ff. de procu-* 2
curat. l. ſi mandaſſem 15. l. ſi quis 27. §. 3. ff. mandat. l. jam ex contractibus. ff. de jud. §. re-
ctè, Inſtit. de mandat. vel niſi † per mandatorem pro præſente procuratore ſatiſda- 3
tio præſtita ſit: quibus & aliis caſibus morte domini mandatum non finitur, *d. §.*
rectè & ibi not. & Bart. in d. l. ſi defunctus 15. Idem in l. & quia. ff. de juriſd. omn. jud. & in
l. ſi ego §. 1. ff. de jur. dot. & l. ſi non renumerandi, §. ult. ff. mandati, & l. ſi eum fundum. ff.
de pact. l. ſi pater. de manu. vind. Jure verò Canonico † per obitum rectorum Eccle- 4
ſiæ, revocatur procurator pro Eccleſia conſtitutus, etiam quoad jam cæpta lite
conteſtata, *text. & ibi not. in clem. fin. de procurat. Wurmbſ. in pract. obſerv. tit. de pro-*
curat. obſerv. 15. num. 3.

Comparatio II. Jure Civili † non poſſum id ratum habere, quod meo no- 5
mine geſtum non eſt, *l. ſi via me, ff. de vi & vi armat. arg. l. item ſi cum putavi. § atque*
alienum, ff. negot. geſt. De Jure verò Canonico aliquid ratum haberi licet, etiam ab
eo, cujus nomine geſtum non eſt, *c. ult. cauſ. 16. q. 1. p. 2. decreti.*

Comparatio III. Jure Civili, procurator, † Syndicus, Actor & Oecono- 6
mus inter ſe differunt, eoq; invicem diſtinguuntur, ut Procurator à ſingulis, Syn-
dicus vel Actor, ab univerſitate cōſtitutus dicatur, *l. 1. §. 1. ff. quod cujuſq; univerſ. nom.*
§. fin. Inſtit. de ſatiſdat. tutor. l. procurat. 1. ff. de procur. l. munerum. §. defenſores. ff. de
muner. & honorib. l. jubemus. C. de ſacroſ. Eccl. Jure verò Canonico † hæc ferè nomi- 7
na promiſcuè uſurpantur, & appellatione procuratoris omnia comprehendun-
tur, *c. petitio veſtra. & c. in cauſ. de procurat. c. in pertractandis. & in c. imperatores. de-*
jurament. calumn. Sed & Auth. *de ſanctiſſim. Epiſc. c. ſi quando autem. 27. tit. 6. coll. 9.*
Nov. 123. hæc differentia obſervari non videtur.

Comparatio IV. Jure Civili infamis perſona † procurator eſſe poteſt. Ra- 8
tio, quod procuratoris officium vile ſit, & magis onus, quàm dignitas, *§. ultim. ubi*
Doct. Inſtit. de except. & Iaſ. ibid. nu. 2. gl. in l. 3. C. de dignitat. Wurmbſer. in pract. obſerv.
tit. de procurat. obſerv. 12. Unde Doctores † & principum conſiliarii, in dignitate 9
conſtituti, hoc officium non ſubeunt. *text. gl. & Bart. in l. ſi quis procurationum. C. de*
decurion. lib. 10. Wurmbſer. d. obſerv. 12. nu. 1. Et nobiles exercentes † procurationis 10
officium privilegiis nobilium amplius gaudere non debent, *ſecundum Guid. Pap. in*
deciſ. q. 39. Wurmbſer. d. obſer. 12. n. 2. De Jure verò † Canonico infamis ad procura- 11
toris officium non admittitur, *c. Imperatorum in fin. de juram. calum. c. quia Epiſcopi*
cauſ. 5. quæſt. 3. & c. infames perſonæ. 1. & c. infames. 2. cauſ. 3. quæſt. 7. & ibi gl. in verb. nec
procurator. Atque ita ſecundum hoc Jus † Canonicum in benè conſtitutis & 12
moratis tribunalibus & curiis, maximè procerum, hodiè moribus noſtris obſer-

H vatur.

Digitized by Google

vatur. *Iaſ. in d. §. ultim. Inſtit. de except.* & Gail. *lib. 1. obſervat. 43. num. 7. & 8.* ubi di-
13 cit, quod in Judicio Cameræ procuratoris officium haud vile cenſeatur, † ſed honorabile ſatis, tùm ratione loci, quia ibi ſupremum eſt Imperii tribunal: tùm ratione perſonarum: quod ibi ad hoc officium nullus admittatur alius, niſi Doctor vel Licentiatus ſit.
14 Comparatio V. Jure Civili mulier † non poteſt officium procuratoris in judiciis ſuſcipere, *l. alienam. C. de procurat. l. fœmina. 2. ff. de reg. jur.* Jure verò Ca-
15 nonico Abbatiſſa † procuratrix in monaſterio conſtitui poteſt, *c. cum dilecta, de confirm. util. & inutil. & ibi gl. in verb. procuratricem. c. cum devotiſſimam. cauſ. 12. q. 2. p. 2. decreti. Dec. in l. fœmina. n. 14. ff. de reg. jur.* ubi plures caſus notat, in quibus & de
16 Jure Civili † mulier procuratrix eſſe poſſit, *& per Spec. in tit. de procurat. §. 1.*

TITULUS VII.

DE CITATIONE.

SUMMARIA.

1 *Citatio ad diem feriatum facta, Iure Civili non valet.*
2 *De Iure verò Canonico valet, & proxima die citatus comparere tenetur: & ſic etiam in Camera ſervatur, nu. 4.*
3 *Clauſula: Et ſi dies præfixus non fuerit Iuridicus, poſt appareat in ſequenti.*
5 *In citatione certus dies ad comparendum Iure Civili exprimendus eſt.*
6 *De Iure Canonico nullo expreſſo die, citatus, quamprimũ poteſt, comparere tenetur.*
7 *Diſtinctio pro conciliatione Iuris utriuſque circa hoc.*
8 *Proceſſus & judicium cumprimis à citatione incipit Iure Canonico.*
9 *Citatio præventionem Iuriſdictionis operatur, litis pendentiam inducit & Iuriſdictionem perpetuat.*
10 *Iure Civili judicium propriè à citatione cœptum dicitur.*
11 *Citatio ad totam cauſſam ſecundum Legiſtas facta, valet.*
12 *Secundum Canoniſtas verò ad omnes actus citatio requiritur.*
13 *Diſtinctio pro concilsatione Iuris utriuſque circa hoc.*
14 *In Camera indiſtinctè ad totam cauſſam citatio & mandatum procuratorium fiunt.*

1 COmparatio I. Citatio ad diem † feriatum Jure Civili non valet, nec citatus comparere tenetur, *l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. l. fin. C. de fer. Bart. in l. liber homo, §. decem, ff. de verbor. obligat. Iaſon. in l. 1. §. nunciatio. n. 8. ubi communem aſſerit, ff. de nov. oper. nunciat.* adeò ut etiam parte non opponente invalida ſit, niſi in citatione cauſſa ſpecialiter exprimatur, quæ etiam die feriato pertractari poſſit, *gl. in d. l. 2. in verb. dies feriatus, Alex. conſil. 101. n. 6. vol. 5.* Quæ verò ſint cauſſæ, quæ in feriis expediri poſſint, recenſentur, *in l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de fer.* De Jure verò
2 Canonico † hujuſmodi citatio valet. Et poſtea proxima die comparere tenetur, quia proceditor demum die ſequenti non feriata, *tex. in c. cum dilecti, de dol. & contum. Canoniſt. in c. 2. de fer. Felin. in c. quoad conſultationem, nu. 3. & 4. de re jud. Panor. in d. c. cum dilecti, nu. 4. & in c. veniens nu. 5. de accuſa. Lanfr. de Orian. in prax. c. 1. de citat. nu. 17.* Unde ad majorem cautelam, ſi dies termini fortè in diem feriatum
3 incidat, hæc clauſula † de contuetudine & Stylo fori citationibus adjici ſolet: Vnd ob aber derſelbige Tag nicht ein Gerichtstag ſeyn würde / den nechſten Gerichts-

Digitized by Google

richtstag hernach zu erscheinen. De qua, gloſſ. *in c.nemo poteſt. in verb. obligari,de reg. jur. Felin.in d.c.quoad conſultationem, num.4. in fin. Spec. tit. de citat.§.1. Vant. de nullit. ſentent.ex defect. citat. nu.66.* Et ita in Camera † quoque obſervari teſtatur 4 Mynſ. *cent.1. obſerv.77.& Gail.lib.1. obſ.53. nu.2.& 3.*

Comparatio II. De Jure Civili in citatione certus dies, † quo citatus ſe 5 ſiſtat, exprimendus eſt, *text.in l. ita ſtipulatus.115. in princ.& ibi notat. de verb. obligat. Gail. lib.1. obſervat.53. in princ.* aliàs non valet. *Bartol.in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. obligat. Bald.in l.fin. de jur.domin.imper. Robert.Marant. de ordin.jud. tit de citat. num.65.* Ratio, quod obſcura ſit & incerta. *Lanfranc.de Orian in prax titul. de citat. num.13.* De Jure † Canonico non item, *c.cum Paratitus, in fin.de appellat.* 6 Ubi Abb.Philip. & Canoniſtæ probant, indiſtinctè valere, quod, ubi non appoſitus eſt certus dies vel terminus, intelligatur citatus, ut compareat, quam primùm poteſt, & eſt text. *in c. eos. in fin. de ſentent. excommun. in 6.* Pro concordia † diſtinguunt alii: Aut enim quæritur, utrū valeat citatio ſine die, ad effectum, ut, 7 ſi citatus non comparet, quamprimum poteſt, poſſit mulctari tanquam inobediens: & dicendum eſt, quod ſic: & ita procedit Jus Canonicum. Aut quæritur, an valeat citatio, ut ſi citatus non comparet, poſſit procedi contra eum, tanquam verè citatum, ad ſententiam, vel ad alios actus in contumaciam: & dicendum, quod non valeat: & ita obtineat Jus Civile, *Angel.in l.liber homo,§.decem. ff. de verb. oblig. & in l. per intervallum. ff.de judic.refert & ſequitur Marant. d. tit.de citat. num.65.& Lanfranc. d.tit.de citat. num.13.*

Comparatio III. Proceſſus & Judicium † cumprimis à citatione Jure Ca- 8 nonico inchoatur, *c.gratum, cum ſeq. de offic. deleg. cap. quoniam contrà, de probat. Socin. de citat. artic. 2. in princip. & artic.31. numer.1. Specul.eod. tit. §. 1. Mynſing. à Frundeck. Inſtit. de pœn. temerè litig. §. omnium. num.4.* ita ut ea omiſſa, judicium reddatur nullum, *text. in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Clem. paſtoralis. ad fin. de re judic.* Unde præventionem † Juriſdictionis operatur, *d.c. gratum, gloſſ in cap.* 9 *1. propoſuiſti, ubi Socin. de for. compet. & d. artic. 31. num.3. tract. de citat. Panorm. & Felin. cap. ultim. de for. compet.* & litis pendentiam efficit, ut nihil innovari poſſit. Niſi enim lis cœpiſſet, quomodo pendere poſſet? *Clem.2. ut lite pend. Socin. d. art. 21.num.4. obſervat.26.* Nec non Juriſdictionem perpetuat, *c. gratum. 20. & c.relatum. de offic. delegat. Port. lib.4. comm. opin. concluſ.11.* Jure verò Civili, à litis demum † conteſtatione Judicium propriè cœptum dicitur, *l.ubi cœptum ff. de jud. l.* 10 *ita demum, ff.de procurat. l.is qui ſe obtulit. ff. de rei vindic.l. cum fundus, ibi. poſt acceptum Iudicium, ff. ſi cert. petat.& Iaſ.ibid. num.4. l.amplius, ff. rem rat. hab. gl. in l. & quia. ff. de iuriſdict.*

Comparatio IV. Citationem ad totam † cauſſam, vel litem ſecundum 11 Legiſtas valere dicit Lanfranc. de Orian. *in prax.cap.1. de citat. num.15.* & allegat, Bald. *in l.qui ante Calendas, ff.de verb. oblig.* Et ita quoque tenet Mynſing. *cent.4. obſervat.33.* per Bart. Bald. Angel. Imol. *in d. l. qui ante Calendas.* Sed Canoniſt. *in c. conſuluit. de offic. deleg.* tenent, quod requiratur † ſpecialis citatio ad omnes. 12 *Ioan. Andr. in addit. ad Spec.tit. de citat.§.viſo.verſ.item licet. Panorm. in c.ult. colum. 3.& 4.de dilat. Butr. in d.c. conſuluit. & in c. cum ceſſante, de appellat.* Pro concordia

Digitized by Google

17 Comparatio IV. Cauſſæ, quæ ſpecialiter † & in privilegium lege vel conſtitutione aliqua principis, conceſſæ ſunt, delegari non poſſunt. *l. 1 & ibi Dd. com-*
18 *muniter. l. quæcunque ſpecialiter, ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſd.* Unde ea, † quæ meri ſunt imperii, in delegata juriſdictione non veniunt. *Bart. Bald. Alex. Caſt. in l. Imperiū. ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. in c. ſi quis contra. in fin. de for. comp. per Auth. iud. poſ-*
19 *ſid.* nec ea, quæ officio judicis † ſpecialem cognitionem deſiderant, *l. nec quicquam §. decretum, ff. de offic. proconſul. & legat. l. 2. & ibi quoque Bart. Bald. & Caſtr. C. de pedan. iud.* Sed per illos ipſos, quibus ea propter induſtriam & juſtitiæ opinionem commiſſa ſunt, expediri oportet. *Specul. de iuriſd. omn. iud. §. fin. verſ. quod eſt delega-*
20 *tus.* Ratio, quod ea, quæ privilegio † aliquo ſingulariter tribuuntur, & non jure magiſtratus competunt, ad alias transferri non poſſunt Jure Civili. *l. 1. ff. de conſtit. princ. l. ea quæ. 26. ff. ad munic. & de incol. Salyc. in d. l. 2. C. de pedan. iud.* De Jure verò
21 Canonico † omnes cauſſæ, ſive imperii ſint, ſive juriſdictionis, indiſtinctè delegantur. *c. quoad ſedem Apoſtolicam. de offic. ordin. c. in Archiepiſcopatu & ibi not. de rapt. gl. in c. pervenit. 95. diſtinct. in fin. c. licet de offic. vicar. lib. 6. clem. 1. de hæretic. c. cum veniſſent, de eo, qui mittit in poſſeſ. c. illud cauſ. 23. q. 4. & c. ſicut cauſ. q. 2. 7. p. 2. decret. & c. ad*
22 *hoc. de offic. ordinarii.* Adeò ut etiā delegatus † à principe cauſas meri imperii ſubdelegare poſſit. *Marant. part. 4. n. 63. de ordin. iud. ubi communem dicit Bald. in l. 1. in 6. not. C. qui pro ſua iuriſd.* Et hoc Jure Canonico hodiè utimur. Communiter enim receptum videmus, etiam hanc juriſdictionis ſpeciem delegari. Ratio, quod ea,
23 hodiè non ex ſpeciali privilegio amplius, ſed unà cum juriſdictione dentur, & tranſeant. *gl. & Dd. præſertim Socin. in c. quod ſedem 10. de offic. ordin. Socin. in tractat. citat. art. 4. n. 7. Dd. & Cagn. in l. nemo. 71. ff. de reg. Iur. Weſenb. in parat. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. n. 4. Schneid. in epitom. feud. part. 2. n. 91.*
24 Comparatio V. Juriſdictio delegata † per mortem tùm delegati tùm delegantis finitur Jure Civili re adhuc integra: ſecus ſi lis jam conteſtata ſit *text. in l. & quia 6. & ibi Iaſ. n. 56. ff. de iuriſd. l. amplius. ff. rem rat. hab. Auth. de litigioſ. c. omnem verò cauſſam. 3. tit. 13. coll. 8. Novell. 112. Zaſ. in l. more. num. 56. ff. de iuriſdict.* De Jure ve-
25 rò Canonico † per ſolam citationem, modò ante mortem mandantis rectè executa ſit *c. ult. §. idem quoque. 1. de offic. delegat.* delegata juriſdictio perpetuatur, *c. licet. c. gratum & c. relatum. d. tit. de offic. delegat.*
26 Comparatio VI. Jure Civili delegatus † ſententiam ſuam non poteſt exe-
27 qui ſine ſpeciali conceſſione. Ratio: quod executio, † ſicut & miſſio in poſſeſſionem bonorum, ad ordinarium judicem ſpectat. *l. à Divo Pio, in princ. ff. de re iudic. l.*
28 *iubere, ff. de iuriſdictio.* Jure verò Canonico executio delegatis † quoque permitti videtur. *c. prætereà, & c. ſuſpicionis, de offic. delegat. c. ſi quis contrà clericum, de for. compet. & ibi gl. in verb. ipſius ſollicitudine. c. quærenti. de offic. & poteſt. iudic. delega.* Quod maximè in delegato principis obtinet, qui ipſemet ſuam ſententiam exequitur, *Abb. in d. c. ſi quis contra, & in c. ſignificaſti, de offic. delegat.*
29 Comparatio. VII. Jus Civile non permittit † pedaneis judicibus, vel conſiliariis, totam cauſam audire & finire, ſed conſtituit, ut omnibus modis conteſtationes litium apud ipſos ordinarios judices fiant, & ut ipſi quoque probationes

per

Digitized by Google

per ſe audiant: & ut denique ſententiam dicant & appellationes recipiant. Reliquas verò cognoſcendi partes, propter legitimas occupationes, aliis committere concedit, *Auth. ut defuncti ſeu funera eorum non iniur. c. illud etiam. 2. tit. 15. coll. 5. Nov. 60. & Auth. de exhib. vel introducend. reis. c. ſi verò ſemel. 4. tit. 8. coll. 3. Novell 53. Ioan. Sichar. d. in Auth. ad hac. n. 5. C. ne iudic.* Jure verò Canonico † tota cauſa alteri com- 30
mitti poteſt. *c. ſuper quaſtionum. §. intentionis de offic. delegat.*

Comparatio VIII. An à ſubdelegato ad delegantem appellari poſſit. In hac quæſtione differt quoque Jus Canonicum à Civili. Nam ſecundum canones
† diſtinguitur inter eum, cui ſpecies aliqua cauſſæ vel juriſdictionis: & eum cui 31
tota juriſdictio vel cauſa ſubdelegata eſt. Priori enim caſu ad delegantem rectè appellatur *cap. ſi quis contra. de for compet. c. ſi à ſubdelegato de offic deleg.* Poſteriori ad ſuperiorem, *c. ſuper quaſtionum, § porrò. d. tit. de offic. deleg. c. Romana, in princ. de*
appell. in 6. Ratio, quod videatur † idem ille tanquam vicarius, cui juriſdictio, ſeu 32
cauſſa ſubdelegata eſt. Ille igitur ab eodem ad eundem, tanquam ſuſpicione juris ſuſpectum provocetur, non admittitur hoc caſu ad delegantem, ſed ejus ſuperiorem, appellatio. *c. novit. de appellat. c. 1. de conſtit. in 6. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. m 6.*
ff. de iuriſd. l. 11. §. 1. & ibi Bart. ff. quis & à quo appell. De Jure † verò Civili indiſtinctè 33
appellatur ad delegantem, *l. in cauſſarum. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* Ratio eſt: quia licet judex mandet juridictionem, non tamen à ſe abdicaſſe, ſed originariam magiſtratus poteſtatem ſemper retinuiſſe intelligitur, commiſſo tantùm exercitio ejus, *l. quacunque ſpecialiter. 1 § ult ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuris. l. more. & l. quia.*
ff. de iuriſdict. l. iudicium ſolvitur. ff. de iudic. Nam in conceſſione † & delegatione 34
juriſdictionis, concedentis auctoritatis ſemper præſervata cenſetur: unde etiam juriſdictio magiſtratus conceſſa, in dubio reſpectu ipſius, concedentis ſuperio-
ris, præſumitur conceſſa † cumulativè non privativè, *Bald. in l. qui ſe patris, n. 10. C.* 35
unde liberi. & in c. 1. in princ. n. 2. Felin. de his qui feud. dar. poſſ. & in conſ. 326. in fin. lib. 1. Grammat. deciſ. 30. num. 3. & num. 11. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. num. 1. & 2.

Comparatio IX. Jure Civili cauſæ † tantùm mediæ ſeu minores, hoc eſt, 36
quæ non excedunt trecentos aureos, à judice ordinario committi poſſunt, ſive ipſe occupatus ſit, ſive non. *l. placet. 2. & ibi gl. & l. quædam ſunt l. de pedan. iud.* Majores autem cauſas, hoc eſt, quæ excedunt trecentos aureos, tùm demum delegare poteſt, ſi ipſe occupatus ſit: ita enim neceſſitas quandoque juriſdictionem transfert. *l. unic. §. ſed non poteſt, ff. de offic. conſul. Auth ad hæc & ibi Ioan. Sichard. num. 4. C.*
de iud. Jure verò Canonico † indiſtinctè committuntur cauſſæ, tùm majores, 37
tùm mediæ. *c. paſtoralis, in principio. de offic. delegat.* Et in hoc Jus Canonicum hodiè in cultis Imperii Romani receptum videmus. Nec etiam cuivis facilè ſecun-
dum leges † committuntur cauſſæ, niſi conſiliarii ſunt, quorum fides explorata 38
ſit, *Auth. de iudicib. c. ſi quis autem. 8. tit. 11. coll. 6. Novell 82.* Canones verò tantum delectum perſonarum modò prælati ſint, non requirunt. *d. c. paſtoralis, §. item eum totum.*

tiſſimi,in princ.Cod.de judic.in d.c.judic. ſecundò requiris,& d.c. cum ſpeciali.de appellat.· c.ſuſpicionis de offic. deleg.

Comparatio III. Jure Civili judex datus † ſuper cauſa proprietatis, non 10
poteſt de poſſeſſione ſola judicare, *l.ſi de proprietate,C.ſi à non compet.judic.* Jure verò Canonico judex hoc poteſt, *c.ſi ſuſceptis.1.& c.paſtoralis.5.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.c.adhoc junxit.1.de ſequeſtr. poſſeſſ.& fructu.* Ratio hujus,ne cauſæ continentia dividatur, *Hartman ab Epping. pract.obſer.4.nu.2.* Niſi actor † & reus ſint diverſi 11
fori,& uni poſſeſſorium,alteri verò petitorium competat,*ut in c.fin.de judic. Bald. id l.ſi de proprietate; c.ſi à non compet.jud.*

Comparatio IV. Jure Civili judex ordinarius † non poteſt eligi in arbi- 12
trum ejus rei,de qua judex eſt, *l.ſed & ſi in ſervum §.ſi quis judex.ff de recept.arbitr. Auth.ut different.judic. audi.interpellant.allegat.c.ſi verò contingerit.2.tit.15.collat.6. Novell. conſtit.86.* De Jure verò Canonico poteſt judex eſſe arbiter. *c.cum tempore. de arbitr.c.cum cauſ.de elect.*

Comparatio V. Judex † qui per ſordes,vel gratia vel aliàs dolo contra ju- 13
ſtitiam malè judicaverit, tenetur parti non ſolùm ad æſtimationem expenſarum, & totius litis, ſed etiam infamiæ notam ſubit,& punitur in triplum ejus,quod accepit,& in duplum ejus,quod promiſſum eſt. *l.eum quem temerè.79.§.judicib.ff.de judicib.Auth.novo jure.cum l.ſeq.C.de pœn.Iud.qui male judic.Wurmſer.in pract.obſer. tit.de judic. obſerv.2.n.2.* De Jure † verò Canonico per annum ſuſpenditur ab offi- 14
cio,& in æſtimationem litis inſuper parti læſæ condemnatur. *c.1.de ſent. & re jud. in 6 c.intimaſti & ibi gl.& not.de appellat.*

Comparatio VI. Judex Civilis † jus ſeu executionem gladii habet; *l.impe-* 15
rium.ff.de juriſdict.l.illicitas §.qui univerſas.ff.de offic.præſid. Judex verò Eccleſiaſticus non habet. *c.inter cauſ.33.q.2.part.2.decreti.*

Comparatio VII. Jure Civili,in cauſa ſuſpicionis † arbitri eliguntur per liti- 16
gatores,apud quos cùm ſuſpicionis, tùm principalis cauſſa, ſi allegationem recuſationis legitimam viderint,cognoſcitur. *l.apertiſſimi.& ibi Caſtrenſ.nu.8. & l.cum ſpecialis.C.de judic.* De Jure verò Canonico ſaltem ad diſcutiendam † ſuſpicionis 17
cauſam eliguntur arbitri: qua probata, illi non agnoſcunt de principali, ſed alius judex impetrandus eſt,vel ſuperior tùm cognoſcit. Si verò non probetur, cauſa ad eundem judicem remittitur, *text.in c.cum ſpeciali & c.legitima.& cap.ſecundò requiris. de appellat. Lanfranc.de Orian. in prax.de recuſ.num.9.Spec.tit.de recuſ.§. fin.num.1.*

Comparatio VIII. Jure Civili cauſam † recuſationis judicis in genere al- 18
legaſſe ſufficit: ita ut non ſit ulterius in ſcripto exprimenda,vel probanda: *gloſſ.in l.apertiſſimi,in verb.libello.& communiter Dd.ibid.Bald.num.7.Iaſ num.15.Cod.de Trebellian & in l.item ſuſpectus,ff.de procurat.* Ita tamen, ſi recuſans jurejurando confirmet, † ſe non calumniandi animo judicem recuſare, quod prohibitionis loco 19
habendum, *gl.in d.l.apertiſſimi,in verb.recuſare Gail.lib.1.obſerv.33.num.14.* Jus verò Canonicum generalem & ſimplicem iſtam recuſantis allegationem non admittit, † ſed cauſam in libello recuſationis exprimi, atque coram arbitris proba- 20
ri requirit. *text.& gl.in c.ſecundò requiris,& c.cum ſpeciali,ext.de appell.Abb.in c.1.de*

ſub delegare poteſt: ita etiam in ſententiando vices ſuas alteri committere poſſe conſentaneum eſt. Secus eſſet, ſi alius ab inferiore à Principe delegatus hanc ſententiandi facultatem collegis ſuis committere velit: Wurmbſer. *in pract. obſerv. tit. de judicib. 13. n. 10.* ubi eleganter oſtendit, quomodo Juriſdictionis exercitium pluribus ut univerſis, vel ſingulis, competat: vel niſi arbitri, † aut delegati cum clauſula, ut ſi omnes intereſſe nõ poſſunt, cæteri in cauſa procedant, eamq; determinent. Tunc ſi abſens vocatus eſt à præſentibus, ipſiq; de ejus impedimẽto certiores facti ſint, ſententia præſentium valet. *l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de arbitr. Paul. de Caſtr. in l. Pomponius. ff. de re judic. c. prudent. & c. cum plures. de offic. deleg. in 6.* Vel denique, † niſi ipſæmet partes in præſentes conſentiant, ipſorumq; ſententiæ acquieſcere velint. *Wurmbſer. in d. obſerv. 13. n. 13.* De Jure verò Canonico, ſententia, quæ à majori parte ex pluribus arbitris lata eſt † indiſtinctè valet, licet aliqui abſint, qui tamen per præſentes prius vocati ſint, *tex. & gl. in c. fin. de arbitr. in 6. & Paul. de Caſtr. in d. l. Pomponius.*

9

10

11

TITULUS V.

DE ACTORE ET REO.

SUMMARIA.

1 *Filiusfamilias contra patrem in judicio agere, & ſtare non poteſt. Ratio ibid. Ampliatur, I. Quod nec filius emancipatus ſine venia agere poteſt. Ratio, n. 2. Ampliatur. II. Quod liberis famoſam actionem contra parentes planè non licet intendere, ſed in factum moderatum, num. 3.*

6 *Fallit. I. In Caſtrenſi peculio & quaſi venia tamen impetrata, nu. 4.*
Fallit. II. de Iure Canonico, nu. 5.
Fallit. III. de conſuetudine nu. 9.

7 *Filiusfam. ſine conſenſu patris, non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio.*

8 *In cauſſis beneficialibus, & aliis rebus ſpiritualibus, conſenſus patris non exigitur, Iure Canonico.*

9 *Pupillus vel minor ſine auctoritate tutoris vel curatoris non poteſt ſtare in Iudicio.*

10 *Fallit. I. De Iure Canonico in cauſſis beneficialibus. II. Fallit in voto. III. In cauſa matrimoniali. IV. cum mortem patris exequitur.*

11 *Fallit de Iure Civili. I. ſi veniã ætatis impetraverit. II. ſi negotia alterius gerat. III. ſi de thoro violato. IV. ſi de libero homine. V. ſi de recuperanda poſſeſſione agat.*

COmparatio I. Filiusfam. contrà † patrem in Judicio agere vel ſtare non poteſt. Ratio, quia inter hoc de Jure Civili lis nulla eſſe poteſt, propter patriã poteſtatem: *text. in l. lis. ff. de judic.* excepto † Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi peculio, *d. l. lis nulla, & ibi gl. l. cum oportet. §. exceptis caſtrenſib. C. de bon. quæ liber. §. fin. Inſt. de temerè litig. l. miles de Caſtrenſ. pecul. l. 3. ff. de minor.* in quo non prohibetur, venia tamen judicis priùs impetrata, *l. quique. 4. cum ſeq. l. generaliter, ff. de in Ius vocand.* Sed nec † filius emancipatus ſine venia poteſt agere. Ratio, quia licet non obſtet patria poteſtas amplius, tamen ingrati cenſentur, qui patrem, qui eum ex ſua poteſtate dimiſit, ad judicem trahit, adeò ut etiam pater ex hoc graviter offenſus, eum in poteſtatem revocare poſſit, *titul. Cod. de ingrat. liber. Lag. in method. Iur. Civil. partic. 2. cap. 5. num. 4. & 5.* Famoſam † verò actionem nullatenus liberis adverſus parentes intendere licet, ſed moderatâ actione in factum experiendum eſt, *l. ſi ſuperſtite. C. de dol. mal.* Tantam reverentiam & honorem legum ſanctiones tribuerunt parenti, ob poteſtatem ejus in filios, quod & Jure Divino congruit 1 2 3 4

juxta

Iure Civili inter ſe differunt. Iure verò Canonico promiſcuè uſurpantur, n. 7.

8 *Infamis poteſt eſſe procurator Iure Civili. Fallit I. Iure Canonico, nu. 11. Fallit II. in bene moratis Rebuſſub. n. 12. Fallit III. in Iudicio Cameræ, nu. 13.*

9 *Doctores & Principum Conſiliarij procuratoris officium ſubire debitent.*

10 *Nobilis procuratoris officium exercens, privilegiis nobilium gaudere amplius non debet.*

14 *Mulier non poteſt eſſe procuratrix. Fallit, in Abbatiſſa monaſterij de Iure Canonico, num. 15. Fallit etiam pluribus caſibus, de Iure Civili, de quo remiſſivè, num. 16.*

COmparatio I. Mandatum procuratoris † mortuo mandatore finitur, lite 1
nondum conteſtata, ſecus ſi jam † conteſtata ſit, *l. ſi defunctus is. ff. de procu-* 2
curat. l. ſi mandaſſem. 15. l. ſi quis. 27. §. 3. ff. mandat. l. jam ex contractibus. ff. de jud. §. recte, Inſtit. de mandat. vel niſi † per mandatorem pro præſente procuratore ſatiſda- 3
tio præſtita ſit: quibus & aliis caſibus morte domini mandatum non finitur, *d. §. rectè & ibi not. & Bart. in d. l. ſi defunctus. 15. Idem in l. & quia. ff. de juriſd. omn. jud. & in l. ſi ego §. 1. ff. de jur. dot. & l. ſi non renumerandi, §. ult. ff. mandati, & l. ſi eum fundum. ff. de pact. l. ſi pater. de manu. vind.* Jure verò Canonico † per obitum rectorum Eccle- 4
ſiæ, revocatur procurator pro Eccleſia conſtitutus, etiam quoad jam cœpta lite conteſtata, *text. & ibi not. in clem. fin. de procurat. Wurmbſ. in pract. obſerv. tit. de procurat. obſerv. 15. num. 3.*

Comparatio II. Jure Civili † non poſſum id ratum habere, quod meo no- 5
mine geſtum non eſt, *l. ſi via me, ff. de vi & vi armat. arg. l. item ſi cum putavi. § atque alienum, ff. negot. geſt.* De Jure verò Canonico aliquid ratum haberi licet, etiam ab eo, cujus nomine geſtum non eſt, *c. ult. cauſ. 16. q. 1. p. 2. decreti.*

Comparatio III. Jure Civili, procurator, † Syndicus, Actor & Oecono- 6
mus inter ſe differunt, eoq; invicem diſtinguuntur, ut Procurator à ſingulis, Syndicus vel Actor, ab univerſitate cōſtitutus dicatur, *l. 1. §. 1. ff. quod cujuſq; univerſ. nom. §. fin. Inſtit. de ſatiſdat. tutor. l. procurat. 1. ff. de procur. l. munerum. §. defenſores. ff. de muner. & honorib. l. jubemus. C. de ſacroſ. Eccl.* Jure verò Canonico † hæc ferè nomi- 7
na promiſcuè uſurpantur, & appellatione procuratoris omnia comprehenduntur, *c. petitio veſtra. & c. in cauſ. de procurat. c. in pertractandis. & in c. imperatores. de jurament. calumn.* Sed & Auth. *de ſanctiſſim. Epiſc. c. ſi quando autem. 27. tit. 6. coll. 9. Nov. 123.* hæc differentia obſervari non videtur.

Comparatio IV. Jure Civili infamis perſona † procurator eſſe poteſt. Ra- 8
tio, quod procuratoris officium vile ſit, & magis onus, quàm dignitas, *§. ultim. ubi Doct. Inſtit. de except. & Iaſ ibid. nu. 2. gl. in l. 3 C. de dignitat. Wurmbſer. in pract. obſerv. tit. de procurat. obſerv. 12.* Unde Doctores † & principum conſiliarii, in dignitate 9
conſtituti, hoc officium non ſubeunt. *text. gl. & Bart. in l ſi quis procurationum. C. de decurion. lib. 10. Wurmbſer. d. obſerv. 12. nu. 1.* Et nobiles exercentes † procurationis 10
officium privilegiis nobilium amplius gaudere non debent, *ſecundum Guid. Pap. in deciſ. q. 39. Wurmbſer. d. obſer. 12. n. 2.* De Jure verò † Canonico infamis ad procura- 11
toris officium non admittitur, *c. Imperatorum. in fin. de juram. calum. c. quia Epiſcopi cauſ. 5. quæſt. 3. & c. infames perſonæ. 1. & c. infames. 2. cauſ. 3. quæſt. 7. & ibi gl. in verb. nec procurator.* Atque ita ſecundum hoc Jus † Canonicum in benè conſtitutis & 12
moratis tribunalibus & curiis, maximè procerum, hodiè moribus noſtris obſer-

richtstag hernach zu erſcheinen. De qua, gloſſ. *in c. nemo poteſt. in verb. obligari, de reg. jur. Felin. in d. c. quoad conſultationem, num. 4. in fin. Spec. tit. de citat. §. 1. Vant. de nullit. ſentent. ex defect. citat. nu. 66.* Et ita in Camera † quoque obſervari teſtatur 4
Mynſ. *cent. 1. obſerv. 77. & Gail lib. 1. obſ. 53. nu. 2. & 3.*

Comparatio II. De Jure Civili in citatione certus dies, † quo citatus ſe 5
ſiſtat, exprimendus eſt, *text. in l. ita ſtipulatus. 115. in princ. & ibi notat. de verb. obligat. Gail. lib. 1. obſervat. 53. in princ.* aliàs non valet. *Bartol. in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. obligat. Bald. in l. fin. de jur. domin. imper. Robert. Marant. de ordin. jud. tit de citat. num. 65.* Ratio, quod obſcura ſit & incerta. *Lanfranc. de Orian in prax titul. de citat. num. 13.* De Jure † Canonico non item, *c. cum Paratitus, in fin. de appellat.* 6
Ubi Abb. Philip. & Canoniſtæ probant, indiſtinctè valere, quod, ubi non appoſitus eſt certus dies vel terminus, intelligatur citatus, ut compareat, quam primùm poteſt, & eſt text. *in c. eos. in fin. de ſentent. excommun. in 6.* Pro concordia
† diſtinguunt alii: Aut enim quæritur, utrũ valeat citatio ſine die, ad effectum, ut, 7
ſi citatus non comparet, quamprimum poteſt, poſſit mulctari tanquam inobediens: & dicendum eſt, quod ſic: & ita procedit Jus Canonicum. Aut quæritur, an valeat citatio, ut ſi citatus non comparet, poſſit procedi contra eum, tanquam verè citatum, ad ſententiam, vel ad alios actus in contumaciam: & dicendum, quod non valeat: & ita obtineat Jus Civile, *Angel. in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. oblig. & in l. per intervallum. ff. de judic. refert & ſequitur Marant. d. tit. de citat. num. 65. & Lanfranc. d. tit. de citat. num. 13.*

Comparatio III. Proceſſus & Judicium † cumprimis à citatione Jure Canonico inchoatur, *c. gratum, cum ſeq. de offic. deleg. cap. quoniam contrà, de probat. Socin. de citat. artic. 2. in princip. & artic. 31. numer. 1. Specul. eod. tit. §. 1. Mynſing. à Frundeck. Inſtit. de pœn. temerè litig. §. omnium. num. 4.* ita ut ea omiſſa, judicium redditur nullum, *text. in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Clem. paſtoralis. ad fin. de re judic.* Unde præventionem † Juriſdictionis operatur, *d. c. gratum, gloſſ. in cap.* 9
1. propoſuiſti, ubi Socin. de for. compet. & d. artic. 31. num. 3. tract. de citat. Panorm. & Felin. cap. ultim. de for. compet. & litis pendentiam efficit, ut nihil innovari poſſit. Niſi enim lis cœpiſſet, quomodo pendere poſſet? *Clem. 2. ut lite pend. Socin. d. art. 21. num. 4. obſervat. 26.* Nec non Juriſdictionem perpetuat, *c. gratum. 20. & c. relatum. de offic. delegat. Port. lib. 4. comm. opin. concluſ. 11.* Jure verò Civili, à litis demum † conteſtatione Judicium propriè cœptum dicitur, *l. ubi cœptum ff. de jud. l.* 10
ita demum, ff. de procurat. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vindic. l. cum fundus, ibi. poſt acceptum Iudicium, ff. ſi cert. petat. & Iaſ. ibid. num. 4. l. amplius, ff. rem rat. hab. gl. in l. & quia. ff. de Iuriſdict.

Comparatio IV. Citationem ad totam † cauſſam, vel litem ſecundum 11
Legiſtas valere dicit Lanfranc. de Orian. *in prax. cap. 1. de citat. num. 15.* & allegat, Bald. *in l. qui ante Calendas, ff. de verb. oblig.* Et ita quoque tenet Mynſing. *cent. 4. obſervat. 33.* per Bart. Bald. Angel. Imol. *in d. l. qui ante Calendas.* Sed Canoniſt. *in c. conſuluit. de offic. deleg.* tenent, quod requiratur † ſpecialis citatio ad omnes. 12
Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de citat. §. viſo. verſ. item licet. Panorm. in c. ult. colum. 3. & 4. de dilat. Butr. in d. c. conſuluit. & in c. cum ceſſante, de appellat. Pro concordia

13 diſtinguitur communiter: Aut enim citatus † exiſtit in diſſitis & remotis locis, & ſufficit ac valet citatio generalis: Aut eſt in loco vicino, & ſpecialis requiritur ad ſingulos actus: *Ita Socin. in tractat. citat. art. 20. num. 30. cum ſeq. Innoc. & alij Canoniſt. in d. c. conſuluit de offic. delegat. & in c. auditis, de procurat. Alexand. & alij Doctor. in d. l. qui ante Calendas, ff. de verb. obligat. Robert. Marant. part. 6. tit. de citat. num. 118. ubi*
14 *communem concluſionem dicit.* Verum in Camera † Imperiali indiſtinctè ad totam litem citationes emittuntur, ita ut ab initio partes, ad totam cauſſam, & ſingulos ejus actus, citentur, & non amplius, ne ad ſententiam quidem, *Mynſing. cent. 4. obſerv. 33. Gail. lib. 1. obſerv. 51. n. 10. & obſerv. 109. num. 3.* ut nec ibidem mandatum procuratorium ad unum actum Judicii admittitur, ſed ad totam cauſam fieri oportet. *Gail. obſerv. 51. num. 11.*

TITULUS VIII.

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM EX PRIMO VEL SECUNDO Decreto.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, in actione reali ſtatim fit poſſeſſor, & quomodo hoc intelligendũ. n. 3.*

2 *Quando etiã intra annum fructus lucretur.*

4 *Iure Canonico miſſus ante annum non fit poſſeſſor, ſed tantùm cuſtos bonorum.*

1 COmparatio I. Jure Civili, miſſus in poſſeſſionem † ex primo decreto, in actione reali, ubi de dominio vel quaſi quæritur, ſtatim fit poſſeſſor, Jus pignoris conſequitur, & poſt annum etiam fructus lucratur, *l. finita. §. Iulianus. & ibi poſt gloſſ. Bart. num. 15. & Zaſ. num. 24. ff. de damn. infect. Doct. in l. Fulcinus, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. ſi poſt. C. ut in poſſeſſ. legat. l. non eſt mirum, ff. de pignor. act. l. fin. C. de prætor. pign. l. 2. C. qui pot. in pign. Spec. tit. de princ. decret. §. jam de effectu. in princ. Ferrar. in pract. in form. reſponſ. rei. § in termino, num. 18. Rob. Marant. de ordin.*
2 *judic. tit. de contumac. num. 12.* Niſi per Judicem † interpoſitione hujus decreti expreſſè dicatur, quod fructus intra annum præceptos facit ſuos. *Petr. de Ferrar. in d. form. reſponſ. rei. § in termino. num. 18. d. l. Fulcinus & d. § Iulianus, ubi Zaſ. nu. 24.* Vel niſi primum decretum, poſt litem conteſtatam, interponatur. Ita Salycet. *in Auth. & qui, C. de bon. auth. jud. poſſid. Wurmbſer. in pract. obſervat. tit. de contumac. obſerv.*
3 *6. num. 15.* Cæterum quod ita miſſus, poſſeſſor ſtatim efficiatur † commutabiliter eſt intelligendum. Nam ſi debitor ſive reus intra annum venit, & contumaciam purgat, rem recuperat, *l. ſi quis emptionis 8. §. penult. C. de præſcript. 30. ann. l. 2. in fin. & ibi gloſſ. C. ubi in rem act. Specul. d. §. jam de effectu. nu. 9. Marant. d. tit. de con-*
4 *tumac. num. 12.* De Jure verò Canonico † ante annum non fit poſſeſſor, ſed tantùm cuſtos bonorum, in quæ miſſus eſt, *c. paſtoralis 11. de offic. jud. ord. c. fin. eo, qui mittit in poſſeſſ. cauſ. rei ſervan. c. contingit. 9. de dol. & contumac.*

TITU-

TITULUS IX.

DE LIBELLO ET ACTIONIBUS.

SUMMARIA

1 *Iure Civili, quando plures & diverſæ actiones, alicui competunt, una eligenda eſt.*

2 *Iure Canonico multa actiones in eodem libello cumulari poſſunt.*

COmparatio I. Jure Civili, quando † plures & diverſæ actiones alicui com- 1
petunt,una eligenda eſt, *l.hæredes.25. §.de pluribus.3. ff. famil.herciſcund.l. non eſt novum.ff.de actionib.empt.* Jure autem Canonico † multæ actiones in eodem li- 2
bello cumulari poſſunt, *c.quærelam.24.& ibi gl.in verb petens.de elect.c.dilectus.2.de capell.monacho.text.in c.2.&ibi quoque gl.in verb.expreſſum,& c.cum Eccleſia.3.de cauſ. poſſeſſ.gl. in c.quia nulli.43. in verb. perſonalibus actionibus, de reſcript.Din. & Canon.in c.nullus, de reg.jur.in 6.*

TITULUS X.

DE DILATIONIBUS.

SUMMARIA.

1 *Citato poſt libelli oblationem 20. dierum induciæ concedendæ.*

2 *De Iure Canonico tempus illud arbitrarium: quod & Camera & Stylus Iudiciorum ſequitur, num.3.*

4 *Dilationum dilatoriarum tempora de Iure Civili ſunt trium vel ſex vel novem menſium, pro locorum diſtantia.*

5 *Dilatio probatoria dicitur peremptoria; quod non niſi ſemel dari ſolet.*

6 *De Iure Canonico iſta quoque dilationes arbitraria habentur.*

7 *Sic in Camera & conſuetudine ubivis ferè locorũ arbitrio Iudicis committuntur.*

COmparatio I. Reo in jus vocato † poſt libelli oblationem viginti dierum 1
induciæ dantur de Jure Civili (nam olim erat tantùm decem dierum, *l. ad peremptorium; cum l. ſeq. ff. de judic.*) intra quos deliberare jubetur, an cedere liti, vel contendere velit, *Auth. de exhibend. & introducend. reis. tit.8. cap.3. illud quoque Novell.53. coll.5. ubi Cujac. Nov.82. c.10. oportet autem expenſarum. & Nov.56. c.2. illud quoque. §. ſancimus* 10. Jus verò Canonicum hoc caſu nullum † certum tempus 2
definivit: eo enim arbitrio judicis relinquitur. *c.dilectus.& ibi gl.ext.de procurat. c. quoniam frequenter. § ſi verò n. lit. non conteſt. c. cum ſit Romana, de appellat. Lag. in method. Iur. utriuſque civil. & Pontific.part.5. de dilat. num.13.* In Camera, ut & de conſuetudine, † & ſtylo aliorum judiciorum inferiorum ferè omnium, hoc tem- 3
pus eſt arbitrium, ratione longinquitatis loci, in quo citatus, cui citationis executio facta, libelluſq; exhibitus eſt, degit. *Gail.lib.1.obſer.53.nu.20.*

Comparatio II. Dilationum dilatoriarum tempora † de Jure Civili, pro ra- 4
tione & diſtantia locorum, ac perſonarum, regulariter erant tres menſes, ſi ex ea provincia, ubi lis agebatur, vel perſona, vel inſtrumenta poſcuntur. Si verò ex continentibus provinciis, ſex menſes. In tranſmarina autem dilationes novem menſes concedebantur. *l.1.c.de dilat.* Nec hac ratione arbitrium dandæ dilationis conceſſum intelligebatur, ſed ex urgentiſſima rerum ratione & neceſſitate eadem,

 non

Digitized by Google

Comparatio III. Exceptio, in quantum † quis facere poteſt, de Jure Ci- 3
vili prodeſt ei, qui antè ceſſit bonis ſuis, in tantùm ut poſteà, licet ad pinguiorem fortunam pervenerit, non ultra id, quàm facere poteſt, teneatur. *l. is qui. 4. ff. de ceſſion. bon.* De Jure verò Canonico is ad ſolutionem hoc caſu ſimpliciter urgetur. *c. Odoardus. 3. de ſolut. c. cum tu. 5. de uſur.*

Comparatio IV. Jure Civili inter exceptionem † longi vel longiſſimi tem- 4
poris differentia ponitur. *l. diutina. C. de praſcript. long. temp. l. ult. C. de uſucap. pro hared.* De Jure verò Canonico nihil inter iſta tempora, quatenus ad tituli rationem attinet, diſtinguitur: ſed utrobique cauſſam poſſeſſionis probari neceſſe eſt. *c. dudum de decim. c. ſi diligenti de praſcript.*

Comparatio V. Exceptio contrà reſcriptum, † quod in ea clauſula, ſi 5
preces veritate nitantur, non contineatur, Jure Civili admittitur & locum habet, univerſa enim reſcripta ſive in perſonam precantium, ſive ad quemlibet judicem manaverint, quæ vel adnotatio vel quævis pragmatica ſanctio nominantur, ſub ea conditione, vel clauſula proferri debent: Si preces veritate nitantur, adeò ut niſi hoc Imperiali reſcripto monſtretur inſerta, illud non valeat, nec aliquem fructum precator reſcripti inde percipiat. *text. in l. univerſa. Cod. de diverſ. reſcript. ubi Dd. Weſenb. conſ. 43. num. 33.* Jure verò Canonico illa clauſula † in ſcriptis nomi- 6
natim ut exprimatur ſeu adjiciatur, non requiritur neceſſariò, *cap. 2. & ibi communiter Dd. de reſcript.* Tacitè tamen ſemper, licet expreſſa non ſit, ineſt, & ſubintelligenda venit, *d. c. 2. Ioan. Andr. in c. à nobis 2. de ſent. excomm. Dec. conſil. 133. n. 1. Archidiac. in c. qui autem. 17. quaſt. 4. Ioan. Monach. in defenſ. jur. tit. 1. num. 38. Nicol. Euach in loc. à plenit. poteſt. num. 12. Bald. in l. 1. de conſtit. princ. l. praſcriptione C. ſi contrà jus vel utilit. public.* Quare ſi quis fundamentum ſuum † in reſcripto ponit, 7
ea quæ in precibus continentur, ſi de ipſis cum aliquo controverſia fuerit, probare neceſſe habet, *l. minorem C. de prad. minor. Felin. in d. c. 2. de reſcript. n. 29. Abba. in c. conſtitutus, & c. ſedes. eod. & in c. 2. de praſumpt. num. 8. Specul. tit. de reſcript. §. ratione quoque defectus, in princ. Dec. conſil. 603. num. 3.* Ratio, quod quilibet fundamentum ſuæ intentionis probare tenetur. *Socin. Iun. conſil. 12. num. 3. volum. 1. Bero. conſil. 19. num. 13. volum. 2. Roland. à Vall. conſil. 10. num. 8. volum. 4. Cacher. deciſ. Ped. 171. num. 10.* Quod verò expreſſa & narrata in ſupplicatione probanda ſint, † ita 8
intelligendum & accipiendum eſt, niſi ſupplicans vel impetrans intenſionem ſuam in jure fundatam habeat, *Abbas in cap. fin. de praſumptio. ibi quoque Felinus. & in dict. cap. conſtitutus, & Ripa in dict. cap. 2. numer. 30. de reſcriptio.* veluti ſi quis ſe idoneum dicat, neganti hoc incumbit probatio, † eo quod quilibet præſumi- 9
tur bonus, donec probatur malus, *l. non omnes. §. à Barbaris, ff. de re milit. l. longi temporis, Cod. de praſcriptio. long. tempor. l. ſervos legavit. ff. manumiſſ. teſtament. l. cum pater filios. §. roga filia. ff. de leg. 2. cap. 1. de ſcrut. in ordin. fac. & d. cap. fin. de praſumptio.*

Comparatio VI. Exceptio non numeratæ pecuniæ † de æquitate Cano- 10
nica ſemper poteſt proponi, etiam uſque ad mille annos, ut aiunt Dd. Ratio, quia nullo tempore quis cum aliena jactura locupletari debet. *Dynus in cap. Locupletari in fin. de regulis jur. in 6. Panormit. Imol. & Canon in cap. fin. de ſolutio. &*

in cap.

14 *Quare Procurator hoc juramentum in ſuam propriam & domini animam jurare teneatur.*
15 *An inſuper certa cauſſa in ſpeciali mandato ad hoc requiratur.*
16 *Iure Civili in omnibus cauſſis, ubi probatio neceſſaria, juramentum calumniæ præſtandum.*
17 *Iure Canonico in ſpiritualibus, iisq; annexis, de calumnia non juratum.*
18 *Ubi maius periculũ, ibi cautius agendum.*
19 *In cauſſis quoque feudalibus hoc juramentum calumniæ non præſtatur.*
20 *Limita, niſi Vaſallus non demùm fidelitatis juramentum præſtiterit.*
21 *Et an tùm dominus quoque ad jurandum de calumnia obſtrictus ſit.*
22 *Iuramento calumniæ ſemel ad totam cauſam præſtito, ulterius de malitia non juratur, Iure Civili.*
23 *Iure Canonico indiſtinctè, tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam, & juramentum calumniæ, de malitia jurari ſolet.*
24 *Finis juramenti malitiæ, ut ejus religione malitioſæ & inſidioſæ lites evitentur.*

COmparatio I. Jure Civili univerſitas † per Syndicum jurare ſolet de calu- 1
mnia. *l. 2. § hoc etiamſi, C. de juram. calum. propter. calum. dand. l. municipes, ff.*
ad municipal. l. municipibus. ff. de conditionib. & demonſtrat. De Jure verò Canonico
ipſa univerſitas vel collegium Eccleſiaſticum † per ſe præſtare tenetur: niſi fortè 2
œconomum habeat. *c. Imperatorem 4. de juram. calum. c. præſentium, de teſtib. lib. 6.*
Eſt autem œconomus, † cui res Eccleſiaſtica gubernanda mandatur. *89. diſt. quia* 3
in quibuſdam, & c. volumus. Et idem eſt œconomus, quod Syndicus, ſive procurator
vel actor in cauſſa univerſitatis, ſive collegii: *9. q. 3. cum ſimus. & 5. q. 3. quia Epiſcop.*
& c. unic. de Synd. 2. q. 7. ſi quis erga, & 16. q. 7. c. Epiſcop.

Comparatio II. Jure Civili, omnes † juramentum calumniæ, ubi in cau- 4
ſa exactum fuerit, præſtare tenentur, *l. 2. §. 1. & 2. & ibi Auth. principales, Cod. de*
jurament. calum. c. in pertractandis. 3. & ibi gl. in verb. jurantis, extr. de jurament. ca-
lumn. adeò ut ſi actor † recuſet illud ſubire, à cauſſa cadat; ſi reus pro confeſſo 5
habeatur. *d. l. 2. § quod ſi actor, cum §. ſequent. Cod. de juram. calumn. l. ſi non fuerit.*
37. ff. de jurejurand. Novell. 124. §. illo utique generaliter. Hinc etiam expreſsè † re- 6
mitti non poteſt à partibus, licet tacitè poſſit, *d. l. 2. §. ſed quia veremur, & ibi*
Bart. numer. 2. & in l. jurejurand. §. qui juſiurandum, num. 1. ff. de jurejur. Gail. lib. 1.
obſervat. 84. num. 2. Wurmſer. à Schaffthalsheim, in pract. obſervat. tit. de jurament.
calum. obſerv. 2. num. 2. niſi ſit parens vel patronus, † à quibus propter reveren- 7
tiam & honorem exigi non poteſt, aut debet, *ut habetur in l. juſiurandum, §. hoc*
juſiurandum. ff. de jurejurand. l. licet, ff. de obſeq. parent. & patr. præſt. l. ſi patronus. 1.
ff. de jurejurand. Cujac. lib. 9. obſervat. 37. Wurmſer. a Schaffthalsheim d. tit. de juram.
calumn. obſerv. 7. De Jure verò Canonico totus clericorum ordo à juramento ca-
lumniæ † præſtando immunis eſt, ita ut non Epiſcopus, non presbyter, non cu- 8
juſque ordinis clericus, non Abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis, in
quacunque cauſa, ſine controverſia, ſeu criminali, ſive civili, juſiurandum com-
pellatur qualibet ratione ſubire: ſed aliis defenſoribus aut procuratoribus, Syn-
dicis vel actoribus hujuſmodi officium liceat demandare. *tex. in c. inhærentes 1. ext.*
de juram. calum. Unde poſtea receptum fuit, † ut clerici loco hujus juramenti ca- 9
lumniæ, jurarent de veritate dicenda, ut liquet *extr. c. dudum. § licet. & ibi gl. Iure*
Civili principales, ext. de electio. & c. ex literis, de jurejurand. niſi in propriis cauſſis

I litigent,

Digitized by Google

litigent, ubi clerici de calumnia jurant, *per cap. cæterum. 5. extr. de iurament. calum. & ibi gloſſ. in verb. ab utraque parte.*

10 Comparatio III. Jure Civili principales † litigatores, actor & reus, juramentum calumniæ præſtare tenentur perſonaliter, etiamſi non per ſe, ſed per procuratores cauſſas agant, qui jam litem conteſtari, & in de domini litis facti ſint. *l. 2. & ibi Auth. principales, C. de iureiur. propt. calum. dand. Spec. tit. de iuram. calumn. §. reſtat, verſ. procurator autem: Hartm. ab Epping. pract. obſervat. tit. de iuramen. calum. obſerv. 2. num. 1. Bart. in l. qui bona, §. ſi aliena, ff. de damno. infect.* ubi dicit, quod procurator juramentum calumniæ præſtare non poſſit, quia ſolennitas ſit: Illud

11 verò: quod probationis, rectè ab eo præſtari: niſi univerſitas † litigaret cujus nomine Syndicus admittitur ad hoc juramentum. *d. l. 2. §. hoc etiam, l. municipes, ff.*

12 *ad municip.* vel niſi tutores, vel curatores, † vel aliæ perſonæ ſint quæ adminiſtrationem aliarum rerum legitima authoritate gerunt: *d. l. 2. §. quod obſervari. 2.* vel niſi altera pars principalis abſuerit, & per procuratorem cauſſa ejus agitetur. *d. l.*

13 *2. §. ſin autem abſuerit. 3. C. de iuram. calum.* De Jure verò Canonico † procurator indiſtinctè ad hoc juramentum præſtandum cum ſpeciali mandato admittitur, & ita communis practica obſervatur, *c. fin. de iuram. cal. in 6. Hart. ab Epping. pract. obſervat. d. tit. de juram. calum. obſerv. 2. num. 2.* qui illud in domini & propriam animam præſtare tenetur. *c. 2. §. 1. de juram. calum. in 6. c. in pertractand. 3. & ibi gl. in verb. jurantis, & c. ultim. ext. de jurament. calum. Bart. in d. l. 2. §. ſin autem, num. 1. Gail. lib. 1. obſerv 83. num. 1. Ioachim. à Beuſt ad rubr. tit. de jurejur. nu. 104.* Ratio, quare in domi-

14 ni animam: † quia ideò ad hoc ſpeciale mandatum requiritur, ut dominum propter hoc obliget. Ratio, quare in animam propriam: quia & ipſe ſicut dominus calumniari poteſt. Ideoq; licet dominus juraſſet de calumnia, nihilominus etiam ipſe procurator jurare tenetur. Hartm. *d. obſerv. 2. nu 7.* ubi dicit, quod ita ſervetur, non ſolum in Curia Romana, ſed etiam in Cameræ Imperialis Judicio. An verò

15 inſuper certa cauſſa † in ſpeciali mandato exprimenda & requirenda ſit, quæritur? Et quod ſit, tenet Bart. *in d. l. 2. §. ſin autem, & in l. qui bona fide, §. ſi alieno, ff. de damn. infect.* Communis tamen practica ſpeciali mandato, etiam ſine cauſſa expreſſa contenta eſt, à qua non recedendum eſt, teſte ipſo Bartol. *ibid. per clem. non poteſt, de procurat. Alex. & Anch. in c. fin. de juram. calum. in 6.*

16 Comparatio IV. Jure Civili in omnibus † litibus & cauſſis juramentum calumniæ præſtandum eſt, ubi neceſſitas probationis incumbit, *text. in l. 1. in prin. ibi in omnibus cauſſis, & l. ſeq. ibi, in omnibus litibus, C. de jura. calum.* ſive civiles, ſive criminales ſint, *gloſ. Bart. & alij in d. l. 1. Bartol. in l. 1. ff. de bonis eor. qui ſibi mort. conſcivere. Spec. tit. de juram. calumn. § 2. Wurmſer à Schafftalsheim. practic. obſervat. tit. de*

17 *jurament. calum. obſervat. 4.* Jure Canonico in cauſſis ſpiritualibus, † & iiſdem annexis, ut matrimonii, decimarum, Simoniæ, Juris patronatus & ſimilium, de calumnia non juratur: *c. literas. 2. ext. de juram. calumn. Lagus in Method. Iur. Civil. part. 5. cap. 18. num. 7.* cum tamen in hiſce cauſſis ſpiritualibus magis de calumnia jurandum eſſe videatur, quàm in civilibus, quia ibi majus † periculum vertitur, ideoque cautius quoque agendum, & omnibus modis providendum, nequid calumnioſè fiat, & ut veritas eliciatur, ut ipſa gl. arguit *in d. c. literas, in verb. rebus ſpiritualibus.*

Digitized by Google

tualibus. niſi agatur judicio poſſeſſorio pro re ſpirituali quo caſu de calumnia ju-
randum eſt, *d. gloſſ. ibid. per c. literas, de reſtitut. ſpoliat.* Sic in cauſſis feudalibus 19
† nō præſtatur juramentum calumniæ à domino vel vaſallo. *Matth. de Afflict. in præ-
lud. conſtit. Neapolit. quæſt. 12. num. 8. Hartm. ab Epping. pract. obſerv. titul. de feud.
obſervat. 45. & Wurmſer. à Schafftalshaim pract. obſerv. tit. de juram. calum. obſerv. 7.
per not. in §. quibus etiam de conſuetud. recti. feud. in uſibus. feud.* ſi tamen vaſallus
† ante juramentū fidelitatis præſtiterit domino, ex quo, cum ſemel obſtrictus ſit 20
domino, amplius jurare non tenetur. Unde ſi lis inter dominum & vaſallum
oriatur, antequam juramentum hoc præſtiterit, tenebitur. *gloſſ. in c. unic. §. in
quibus, & ibi Alvarot. & Petr. de Ravenn. de conſuetud. recti feudi.* Quo caſu etiam
dominum † ad juramentum hoc calumniæ obſtrictum eſſe putat Hartman. ab 21
Epping. *d. obſerv. num. 4.* quod utrobique ceſſet ratio, ex qua alioqui juramentum
calumniæ inter vaſallum & dominum non locum habet: & aliàs obligentur ad
paria. *c. unic §. fin. de format. fid. litat. in uſibus feud.*

Comparatio V. Poſtquàm generale juramentum † de calumnia ſemel in 22
totam litem præſtitum, non poteſt ulterius juramentum malitiæ à partibus exigi
Jure Civili: *Authent. de his qui ingred. ad appellan. §. fin.* niſi hoc ſpecialiter à legi-
bus permiſſum ſit, ut in Authent. *de teſtibus. §. quia verò, ubi gloſſ. in verb. Sacramen-
to,* ſentit, ejus conſtitutionis jus non eſſe generale, ſed illo duntaxat caſu, quo ibi
permiſſum eſt, obſervandum, & Mynſing. à Frundeck. *Inſtitut. de pœn. temere li-
tigant. in princip. nu. 11.* Jure verò Canonico in omnibus † cauſſis, tàm antequam 23
poſt litis conteſtationem, licet de calumnia ſolenniter juratum ſit, à partibus liti-
gantibus malitiæ juramentum exigi poteſt, ut hujus jurisjurandi religione † à 24
malitioſis & inſidioſis litibus, rixis & contentionibus, in judiciis abſtineant, neve
ſe temerè ſumptibus exagitent, fatigent & onerent. *c. 2. de juram. calum. in 6. c. cum
dilectus, §. nos verò attendentes, de elect. c. præſentium, & c. penult. extr. de teſtibus.* Et
ita de conſuetudine & ſtylo judiciorum, etiam civilium ſecularium, ferè obſerva-
tur. *Wurmſer. pract. obſerv. tit. de juram. calumn. obſervat. 9. num. 2. Lag. in method.
iur. part. 5. cap. 18. num. 8. Specul. tit. de iurament. calumn. §. 1. num. 6. & 9. Mynſing.
d. num. 11.*

TITULUS XIII.

DE LITIS CONTESTATIONE.

SUMMARIA.

1 *Iudicium criminale ad receptionē teſtium, contra abſentem, lite nondum conteſtata, non procedit Iure Civili.*

2 *Ius Canonicum in crimine, electione & reſtitutione, teſtium receptionem abſente adverſario admittit.*

3 *Iure Civili ad ſententiam definitivam lite non conteſtata procedi non poteſt in prima inſtantia: ſecus in appellatione.*

4 *In Camera in omnibus indiſtinctè cauſſis litis conteſtatio requiritur.*

5 *Iure Canonico in cauſſa matrimonij, electionis, & c. litis conteſtatio non requiritur.*

6 *Litis pendentia Iure Civili à litis conteſtatione incipere videtur.*

7 *Diſtinguitur vulgò inter actionem realem, & perſonalem, quoad litis pendentiam.*

8 *Iure Canonico lis pendere incipit poſt inſinuatam citationem.*

Digitized by Google

1 COmparatio I. Judicium criminale † ad receptionem teſtium, contra abſentem, lite nondum conteſtata, non procedit, niſi adverſus apparitorem contumacem. *l. ne diu. 21. C. de pœn. l. abſentem. ff. eod. l. quicunque. 2. Cod. de requir. reis, Gail. lib. 1. obſervat. 92. num. 12.* Ubi dicit, quod in criminalibus, parte altera abſente, teſtes, ad perpetuam rei memoriam, acceptari non poſſint, etiamſi de eorum morte, vel abſentia timeatur, per Doctor. communiter, *in l. abſentem. Cod. de accuſat. Anton. Gomez. variar. reſol. cap. 1. libr. 3. Iul. Clar. in pract. crimin. quæſt.*
2 *44. circa. princip.* Jus verò Canonicum † tùm in crimine, tùm in electione, & reſtitutione, teſtium receptionem admittit, abſente adverſario. *cap. quoniam frequenter. §. porrò, ut lit. non conteſtat. cap. ex tuæ. de cleric. non reſid. cap. veritatis. 8. de dol. & contumac. cap. decernimus, cauſ. quæſt. 9. & cap. quia cauſſa. 4. quæſt. 2. part. 2. decreti.*

3 Comparatio II. Jure Civili ante litis † conteſtationem ſententia definitiva dici vel ferri prohibetur in prima inſtantia. Nam in ſecunda appellationis inſtantia, ob omiſſam litis conteſtationem, ſi modò in prima inſtantia interceſſerit, proceſſus & ſententia non vitiatur. *l. ultim. & ibi notat. Cod. de tempor. & repar. appellat. Doct. in l. prolatam. C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. Mynſing. à Frundeck. cent. 1. obſervat. 1. & 38. Weſenbec. conſil. 6. num. 4.* Eſt enim pars Judicii ſubſtantialis, & præcipuum ejus fundamentum, *Socin. in c. unic. in fin de lit. conteſt. Mynſing. cent. 3. obſerv. 74.* non modò in petitoriis, verum etiam poſſeſſorio judicio, *§. quorum. verb. litis conteſtatæ tempore. Inſtit. de interdict. gloſſ. & Bart. in l. 1. ff. utrobique & in l. 1. § inter. ff. de itin. act. priv. & in l. fin. C ſi per vim. gl. in l. ſi de feudo.*
4 *de vi arm. text. & gl. in l. de interdict. ff. de interdict.* Quare hodiè † in Camera Imperii Romani in omnibus cauſis ad Cameram devolutis litis conteſtatio requiritur, ſive ab interlocutoria, ſive à definitiva appellatum ſit, noviſs. Ordinat. ſic diſ-
5 ponente, *part. 3. tit. 32.* De Jure verò Canonico † in cauſſa matrimonii copulandi, in electionibus, &c. & generaliter in cauſſis ſummariis, litis conteſtatio non requiritur, eâq; ea non attenta rectè pronuntiari canones volunt, *c. ad hoc Deus. 1. c. quoniam. §. porrò, ut lit. non conteſt.. Card. in clem. ſæpè, de verb. ſignif.*

6 Comparatio III. Jure Civili litis pendentia † à litis conteſtatione incipere videtur, *l. ubi acceptum. 30. cum ſeqq. ff. de iud. ubi Dd. l. amplius. ff. rem ratam hab. l.*
7 *1. ff. de num.* Verùm hîc Doctores communiter diſtinguunt † inter actionem realem & perſonalem. In reali fieri intelligitur adverſario citato, & propoſita petitione: *Auth. litigioſa & ibi Doctor. C. de litig. gl. in c. 1. verb. litigantibus, ut lit. pend. in 6.* In perſonali per litis conteſtationem, *l. 2. ubi gl. & Doct. C. de litig.* Jure verò Ca-
8 nonico lis incipit, poſtquam † inſinuata eſt citatio à competente Judice, ad hoc ut nihil innovetur, *text. in clem. 2. ut lit. pend.* Quod etiam ratione litigioſi, generaliter Jure Authenticarum procedit, *Auth. litigioſa, C. de litig.*

Titu-

Digitized by Google

TITULUS XIV.

DE POSITIONIBUS, ET RESPONSIONIBUS.

SUMMARIA.

1 *IureCivili poſitio negativa non admittitur.*
2 *An poſitio per verbum, abſque eo, vel præter id, valeat.*
3 *Poſitioni negativa num reſpondendum.*
4 *Iure Canonico articulus negativus admittitur, eoque reſpondendum.*
5 *In Camera Imper. ad omnes articulos, excepto Iuris articulo, reſpondendum eſt.*

COmparatio I. Jure Civili, negativa † poſitio non admittitur. Ratio, quia 1
non eſt probabilis: quæ autem probari nequeunt, ea ad ponendum fruſtra
admittuntur, *l. actor.* C. *de probat. Caſtr. & Iaſo. in l. judices. C. de jud. Sichard. in auth.
principales. §. quod obſervari. n.20. C. de juram. calumn. Ferrar. in pract in form. except.
contr. poſſ. §. at negativa.* Nec advocati, qui hodiè propterea † articulum expreſsè 2
negativuum ponere reformidant, & cum per verbum, abſque eo, vel præter id,
affirmativè ponunt, quicquam efficiunt: cum adhuc talis negativus ſit habendus,
*ſecund. Bald. in addit. ad Spec. tit. de poſit. verſ. tantum eſt dicere, & in d. Auth. principa-
les. 2. §. quod obſervari. C. de juram. calumn. Bart. & Doct. l. inter ſtipulantem, in princ.
ff. de verb. oblig. Cyn. in l. actor. C. de probat.* Ideoque tali propoſitioni negativæ † non 3
eſt reſpondendum. *Lanfranc. de Orian. in prax. tit. de reſponſ. num.* 11. Wurmbſer. *in
pract. obſerv. tit. de poſit. obſerv.* 4. ubi dicit, quod ita ad tales articulos, uti negati-
vos, viderit per judices pronunciari non eſſe reſpondendum: De Jure verò † Ca- 4
nonico articulus negativus admitti ſolet, eoq; jure etiam tali reſpondendum, *per
c.1. de confeſſ. lib.6.* Atque etiam hodiè illam implicitam negativam in foro Civili
de ſtylo Judiciorum receptum videmus. Wurmſer. *d. tit. de poſit. obſervat.1. & d. ob-
ſerv.4.* Et in Camera Imperiali regulariter † ad omnes articulos, excepto ſolo ar- 5
ticulo juris, reſpondendum eſt. *Gail. lib.1. obſerv.82. n.11. & nu.13. Mynſ. cent.1. obſerv.
92.* Dixi in practica mea civili *tit de poſſ. d. num.26. & 33.*

TITULUS XV.

DE PROBATIONIBUS, ET PRIMUM DE TESTIBUS.

SUMMARIA.

1 *Dicto unius teſtis non credendum.*
2 *Fallit I. ſæpenumero de Iure Canonico.*
3 *Fallit II. ſi utraque partes in unum teſtem conſentiant.*
4 *Fallit III. ſi teſtator mandet, ut uni teſti credatur.*
5 *Fallit IV. In cauſſis brevioribus, ſummariis, momentaneis & parvi momenti.*
6 *Ius Canonicum teſtium publicatione facta, ſuper iiſdem articulis non admittit teſtes eoſdem in ſecunda inſtantia: at Ius Civile admittit.*
7 *Bart. pro concordia diſtinguit.*
8 *In Camera Legiſtarum ſententia recepta eſt.*
9 *Teſtis regulariter ad teſtimonium ferendum cogi poteſt Iure Civili.*
10 *Ius Canonicum non ita facilè compellit teſtes invitos.*
11 *Mulier in criminalibus ad teſtimonium non admittitur Iure Canonico.*
12 *Ius verò Civile in nulla cauſſa à teſtimonio excludit, præterquam in teſtamento, num.13. Ratio. num.14.*

15 *Limita in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſſas, ubi admittitur, nu. 16.*

17 *Iure Civili parentes & liberi adverſus ſe invicem teſtificari prohibentur: non item Iure Canonico.*

18 *Condemnatus de crimine non admittitur ad teſtimonium: Iure Canonico etiam repellitur is, cujus crimen certò oſtendi poteſt.*

19 *Iure Canonico proteſtatio ante publicationem teſtium de excipiendo contra perſonas & dicta eorum requiritur: alias exceptiones illæ poſt non admittuntur. Fallit duobus modis, nu. 21.*

20 *Formula ejus proteſtationis.*

22 *Iure Civili ejus proteſtationis ſolennitas non requiritur, ut nec in Camera Imperij.*

1 COmparatio I. Ut unius † omninò teſtis reſponſio non audiatur, nec; unius
teſtimonium nemo Judicum in quacunq; cauſſa facilè patiatur admitti, lege
ſancitum eſt, *tex. in l. jurisjurandi 9. C. de teſtib. & l. 1. in fin. ff. quemadmodum teſt. aper.*
2 Jus verò Canonicum † ſæpè minus teſtis dicto contentum eſt: ſæpè etiam teſtimo-
nium de auditu recipit, quod tamẽ ſine præjudicio alterius rectè intelligendum, *c.
quoties, & c. licet, de probationib. c. parvulos & c. cum itaq; diſtinct. 4 de conſecrat. part. 3.*
3 *decreti.* Sed & Jure Civili unius teſtis dicto tùm creditur, † ſi utræq; partes in unum
teſtem conſentiant, *l. 1. in princ. ff quar. rer. act. non dat. l. ultim. C. de fideicommiſſ.
Cravet. conſ. 100. num 3. volum. 1. Phil. Port. com. concluſ. lib. 1. concluſ. 5.* vel ſi teſtator
† mandet, ut uni teſti credatur, *l. Theopompus & ibi Doct. C. de dot. præleg.* vel ſi cau-
5 ſæ ſint breviores, † ſummariæ, momentaneæ & parvi momenti, *Auth. niſi brevio-
res, & ibi Doct. C. de ſent. ex brevi recit. Maſcard. de probat. quæſt. 11. n. 17. & 19 Marſil.
ſing. 1. & 2. & ſing. 433. Gail. lib 1. obſerv. 7. n. 6.*
6 Comparatio II. Jus Canonicum † poſt publicationem atteſtationum te-
ſtium non admittit porrò eoſdem, ſuper iiſdem articulis, in ſecunda appellatio-
nis inſtantia, *c. fraternitatis, c. intimavit, c. clarior, c. ſeries, de teſtibus. Abb. Felin. &
Canon. ibid. Robert. Marant. de ordin. judic. part. 6. de teſtib. product. num. 22. Clem. te-
ſtib. 2. eod. tit. de teſtib.* Jus autem Civile eoſdem admittit, *l. eos. §. 1. C. de appellat. l.
per hanc & ibi latiſſimè Doctor. C. de tempor. appellat. gloſ. in d. Clem. 2. verb. appellatio-
nis cauſſa,* ubi communem opinionem Legiſtarum aſſerit, eamq; late firmat. Bald.
*in l. per hanc Petr. Ferrar. in pract. in forma libell. appellat. in §. iniquam. Wurmbſer. in
pract. obſer. tit. de teſtib. obſervat. 27.* ubi allegat Bart *in d. l. per hanc,* modò diſtinguen-
7 tem: aut teſtes † producuntur ſuper eiſdem articulis, ſuper quib. jam antè recepti
fuerunt, & ſtandum eſt Juri Canonico, quod ſc. recipi non poſſint. Ratio eſt ti-
mor ſubornationis, ſicut in prima, ita & in hac ſecunda appellationis inſtantia:
Aut producuntur ſuper novis articulis reſpicientibus priores, & tùm admittun-
tur. Sed licet ita plures ſint, qui Jus Canonicum hoc caſu, tàm in foro civili quàm
Eccleſiaſtico, obſervandum putent. *Marant. d. tit. de teſtib. num. 22. ubi communem
concluſionem dicit. Guid. Pap. deciſ. 14. & 347. & conſil. 34. part. 1.* Roland. à Valle.
conſ. 45. num. 5. 14. & 20. Ubi in utramque partem hanc quæſtionem diſputat &
8 hanc magis communem dicit, & ſequitur: Cameræ † tamen Imper. judicium ſu-
premum, Legiſtarum ſententiam amplexum eſt, teſte Mynſ. à Frund. *cent. 1. obſ.* 41.
9 Comparatio III. Jure Civili, teſtes regulariter † in omnibus cauſſis ad te-
ſtimonium, vel veritati præſtandum patrocinium, legitimis remediis cogi poſſunt,
l. cum. §. hoc inter. ff. de tab. exhib. l. 4. ff. quæ teſt. aper. l. Mutius, ff. de fideicom. libert. l. 2.

§. ſi unus,

Digitized by Google

§. ſi unus, ff. ſi quis caut. l. ſed etſi, §. ult. ff. quib. ex cauſis major. niſi ſint perſonæ legi-
tima ratione exemptæ, *l. lege Iulia, & l. inviti, ff. de teſtib. l. aut rogati, C. eod. l. quod, ff.
qui teſt. fac. poſſ. l. qui cum major. ff. de bon lib. §. quoniam, in auth. de teſtib.* Jus verò Ca-
non cum non ita teſtes invitos, † & præter voluntatem eorum, ad teſtimonium 10
compellit, niſi fortè gratia, vel odio alterius partis, ſe veritatis patrocinio ſubtra-
xerint. *c. ſuper eo, & c. delictorum, de teſtib. cog.*

Comparatio IV. Jure Canonico mulier † in criminalibus cauſſis ad di- 11
cendum teſtimonium non admittitur, *c. de crimine, cauſ. 15. q. 5 & c. ex eo. cauſ. 15. q. 3.
c. tàm literis, & c. ſuper eo, de teſtib c. mulierem, cauſ. 33 q. 5. p. 2. decreti, c. forus, de verb.
ſignif.* niſi agatur civiliter ex crimine, *ut in c. quoniam de teſti.* Jus verò Civile à nulla
cauſſa arcet mulierem, † quoad dicendum teſtimonium: *Hartm. ab Eppi. pract. obſ.* 12
tit. de teſtib. obſ. 4. nu. 1. & 2. Exceptio † niſi in teſtamento, *l. qui teſtamento, §. mulier,* 13
ff. qui teſta. fac. poſſ. & in §. teſtes, inſtit. de teſta. Ratio † eſt fragilitas & inconſtantia 14
mulierum, ut dicit gl. *in d. §. mulier, & gl. in d. §. teſtes.* Ratio altera & verior: quia
mulieres jus comitiorum, unde teſtamentorum ſuum ducunt, non habent, *Gel-
lius noct. Attic. lib. 5. cap. 36.* nec aliàs ſolennitatibus Juris publici rectè adhibentur,
*d. l. qui teſtamento. §. mulier. l. alienam. 18. C. de procurat. l. 2. cum ibi notat. ff. de regul.
jur.* Replicatio † hujus exceptionis, I. eſt in teſtamento inter liberos. Ratio: 15
quia in eo nõ requiritur ſolennitas Juris Civilis, *gl. in Auth. quod ſine & ibi Bart. C. de
teſtam.* II. Replicatio propter † eandem rationem admittitur in teſtamento ad 16
pias cauſſas, *Paul. de Caſtr. in d. l. qui teſtamento. § mulier. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & per
Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Hartmann. ab Epping. pract. obſ. d. tit. de teſtib. obſer. 5.
num. 5. & 6. & Hartmann. Piſtor. quæſt. Iur. lib. 1. q. 1. latè Tiraq. in privileg. piæ cauſſæ.
Gail. lib. 2. obſerv. 112.*

Comparatio. V. Jure Civili parentes † & liberi invicem adverſus ſe, nec 17
volentes ad teſtimonium admittuntur, *text. in l. parentes. 6. Cod. de teſtib.* Jure
verò Canonico, quoad ſanguinis rationem attinet, non prohibetur parens, *c. ſu-
per eo, de teſtib.*

Comparatio VI. Jure Canonico † non modò qui de crimine Judicio pu- 18
blico damnatus eſt, à teſtimonio repellitur, ſed etiam cujus crimen certò oſtendi
poteſt, licet non ſit judicatum, *c. ſuper eo, & c. teſtimonium, de teſtib.* Jure verò Civili
ita demum non admittitur, ſi in judicio publico criminis cauſſa judicatus ſit: nec
enim ſufficit admiſſum eſſe, *l. 1. §. qui in judicio publico. 4. & l. athletas. 4. §. calumnia-
tor. 4. ff. de his qui notant. infam. l. teſtium fides. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib.*

Comparatio VII. Jure Canonico, † ut contra perſonas & dicta teſtium, 19
facta eorum publicatione, excipere liceat, requiritur, ut antè publicationem quis
de excipiendo vel reprobando ſit proteſtatus, *per. c. præſentium. & ibi Doctor. de te-
ſtib. Marant. part. 6. tit. de repulſ. teſt. num 2. de ordin. judicior. Ferrar. in form. juram.
teſt. verb. proteſtante, num. 2.* Ex quo inolevit practica, ut procuratores in produ-
ctione teſtium contra perſonas eorum proteſtentur, vel hæc proteſtationis clau-
ſula † interrogatoriis inſeratur: Vnd behält jhme Beklagter hiemit inſonderheit 20
bevor/nach Eröffnung der Gezeugnuß ſeiner rechtlichen Notdurfft nach/tam con-
trà perſonas, quàm dicta teſtium zu excipiren/oder auch zu reprobieren/ vnd ſeine
Gegen-

Digitized by Google

Gegenbeweiſung einzuführen vnd zu gebrauchen. *Specul. tit. de teſtib. §. ſæpè num. 1. Marant. d. tit. de repulſ. teſt. num. 2.* Alioqui niſi ità proteſtatus fuerit ante publica-
21 tionem, ad opponendas exceptiones poſt non admittitur: niſi tunc juret, † ſe non petere repulſam teſtium ex malitia, *Marant. d. num. 2. Specul. tit. de juram. calumn. §. 1. num. 6. cum ſeq. & d. tit. de teſtib. §. ſæpè num. 1. per d. c. præſentium. de teſtib. Gail. lib. 1. obſerv. 87. num. 4.* vel niſi poſt publicationem demum, defectus, conditiones, & qualitates teſtium, ex quibus exceptiones deſumuntur & exſurgunt, reſciverit. *Doctor. in d. c. præſentium,* ubi hi tres caſus ponuntur, *Marant. d. num. 2. Henning. in prax. part. 1. rubr. 20. num. 4. Chilian.* König *in proceſſ. cap. 74. §. 2. Gail. d. obſervat.*
22 *87. num. 4.* De Jure verò Civili iſta † ſolennitas *d. c. præſentium,* nullibi, quod ego ſciremus, exprimitur vel requiritur. Unde etiam in Camera Imperiali, & aliis judiciis civilibus ſeu ſecularibus, de conſuetudine hodiè non obſervatur, ſed ubique, etiam omiſſa hac proteſtatione, poſt publicationem, tàm contrà perſonas teſtium, quàm eorum depoſitiones excipere, & ſimul intentionem ſuam ex eorum dictis, per ſcriptum, ſeu productum probationis, Durch eine Beweiſung / vnd reſpectivè Exceptionſchrifft comprobare licet, teſte *Gail. d. obſerv. 87. num. 5. & obſer. 105. in fin. lib. 1.* Dixi etiam in practica mea Civili, *tit. de interrogator. num. 15. cum ſeqq.*

TITULUS XVI.

DE INSTRUMENTIS.

SUMMARIA.

1 In inſtrumentis nomen Imperatoris in terris Imperii: In Eccleſia verò Pontificis præponitur, num. 2.

1 COmparatio I. Jus Civile in inſtrumentis † nomen Imperatoris, ad recognoſcendum eum Dominum, in S. Roman. Imperio, præponit. *Auth. ut præponatur nomen Imperat. per tot. tit. 2. coll. 5. Novell. 47.* Jus verò Canonicum nomen
2 † Pontificis Romani in terris Eccleſiæ præfert, ut ex conſuetudine Notariorum quotidiè animadvertendum.

TITULUS XVII.

DE JURAMENTO.

SUMMARIA.

1 Iure Civili non uſquequaque infamis redditur, Iuramentum non ſervans.
2 Iure Canonico omninò infamis habetur.
3 Iure Civili impubes ad jurandum non admittitur.
4 Ius Canonicum à pueris dolo capacibus perjuria committi ſtatuit.
5 Iuramentum vi metuvè extortum, eſt ipſo Iure nullum, ſecundum Legiſtas.
6 Secundum Canoniſtas verò opus eſt abſolutione in facto non prohibito, ſecus in prohibito.
7 Iuramentum duos defectus ſupplere non poteſt.

1 COmparatio I. Jure Civili † non is uſquequaque infamis redditur, qui juramentum non ſervat, *l. Iuriſiurandi contempta. C. de rebus credit. l. ſtellionatus Iudicium. 2. ff. de crimin. ſtellion.* præſertim ſi neminem lædat, *l. ſi quis maior. C. de tranſ-*

actionib.

Digitized by Google

actionib. Jure verò Canonico † omninò infamis habetur perjurus, *c. infamis. & c.* 2
quicunque cauſ.6. q.1. part.2. decreti.

Comparatio II. Jure Civili impubes † ad jurandum non admittitur: Ra- 3
tio, quia Jurisjurandi religionem nondum intelligit, ut nec alia, quæ in ea ætate
facit. *l. qui juraſſ. ff. de iurejur. l. quoniam nonnulli. 1. c. de falſa moneta.* Jus verò Ca-
nonicum † à pueris perjuria committi ſtatuit, Ergo puerilem ætatem ad Jusju- 4
randum admittere videtur, *c. pueris grandiuſculis. 1. de delict. puer.* Hoc tamen
gloſſ. *ibid. in verb. grandiuſculis, & in verb. non eſſe peccata*, de pueris dolo capaci-
bus intelligit.

Comparatio III. Juramentum vi metuvè † extortum ſecundum Doctor. 5
Legum, eſt ipſo jure nullum: *in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi advers. vendit.* Ra-
tio, quia juramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, *c. non eſt obliga-
torium, de reg. jur in 6. c. quanto. de Iurejur. c. inter cætera. 22. q. 4.* Secundum † Cano 6
nistas verò opus eſt abſolutione à juramento præſtito. *gl. & Doct. in c. ſi verò, & in
c. contingat, de Iurejur.* Quod declara, ſi videlicet juravit quis ſuper facto jure non
prohibito. Nam ſi principale factum prohibitum & jure reprobatum ſit, jura-
mentum ejuſmodi deſuper præſtitum non eſt obligatorium, idq; propter duplex
vitium, eoq; nec abſolutionem requirit. *Panorm. d. c. cum contingat, num. 3. & d. c. ſi
verò, nu. 8.* Ratio, quia juramentum † duos defectus ſupplere nequit. Et ita in Ca- 7
mera obſervatum teſtatur Gail. *lib. 2. obſerv. 42. in fine. Panorm. d. c. cum contingat.
n. 21.* De hac comparatione vide latius, quæ diſputandi gratia ſub fine hujus tra-
ctatus in quæſtione prima dixi.

TITULUS XVIII.

DE PRAESUMPTIONIBUS.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili cauſſa ſimulatæ ceſſionis non præſumitur.*
2 *Et quando hæc præſcriptio maximè excludatur.*
3 *Iure Canonico legitima conjectura ſimulationis habetur, quando clericus alieni Iuris ceſſionem recipit.*
4 *Ratio, quod clerici ab illicita negotiatione prohibentur.*

COmparatio I. Jure Civili non † præſumitur cauſſa ſimulatæ ceſſionis, ſed 1
probanda venit, *text. & not. per Doct. in l. per diverſas. 22. & l. Anaſtaſio. 23. Cod.
mandati. l. militem. 7. C. de procurator.* maximè † quando ceſſio Jurium & actionum 2
fit acceſſoriè, ratione contractus præcedentis, *ita gl. in d. l. per diverſas, & ibi quo-
que Bartol. & Bald.* vel quando is, contra quem ceduntur actiones, præſens eſt ipſi
ceſſioni, & conſentit vel tacet. Per hoc enim de veritate ceſſionis ſatis conſtat, ut
nulla ſimulatio ſibi locum vindicare poſſit. *Hipp. de Marſil. in ſing. 45. Iacob à S. Geor-
gio in l. ultim. C. ne liceat potentior. Bald. in l. & qui C. de diſtract. pign. & in l. cum eſ-
ſent, ff. de ſervit. ruſti. prædior. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129.* ubi tra-
dit, quibus conjecturis & præſumptionibus detegatur ficta & ſimulata ceſſio. De
Jure verò Canonico † pro legitima conjectura ſeu præſumptione ſimulationis 3
capitur, quandò clericus alieni juris ceſſionem recipit, *c. ex parte. 2. de alienat. Iudic.*

mutand. cauſſa facta, ubi gloſſ. *in verb. à præſumptione*, dicit, quod licet vera ceſſio vel datio eſſet, nihilominus in fraudem & avaritiæ cauſſa facta præſumatur: & rationem hanc addit, † quod clerici ab illicita negotiatione prohibentur, *per c. clerici, & c. canonicum, cauſ. 14. q. 4. c. fornicari. 10. diſtinct. 88.*

TITULUS XIX.

DE FAMA.

SUMMARIA.

1 *Fama per ſe ſola non facit probationem plenam, imò ne ſemiplenam, ſecundum quoſdam, num. 2.*

3 *Sola fama ſine aliis adminiculis non eſt indicium ſufficiens ad torturam.*

4 *Semiplena probatio per integrum teſtem, ad torturam ſufficit.*

5 *Quando fama aliis adminiculis concurrentibus ad torturam ſufficiat, remiſſivè.*

6 *Iure Canonico plus fama tribuitur, & I. ſufficit in excommunicatione probanda, II. In probando Iurispatronatu, num. 7. III. in mala fide præſcribentis, num. 8. IV. ad matrimonium probandum, num. 9. V. in remedio c. redintegranda, n. 10. VI. In factis antiquis, nu. 11. VII. In filiatione, nu. 12. VIII. In Eccleſiaſtico interdicto, n. 13. IX. In collatione beneficij. n. 14. X. In materia peccati evitandi, nu. 15. XI. Quando clericus infamatus dicitur, nu. 16. XII. Denique quando agitur de [illegible]matione alicujus conſcientiæ, nu. 17.*

18 *Quæ ad probandam famam requirantur, remiſſivè.*

1 COmparatio I. Fama per ſe non facit † probationem plenam Jure Civili, ſed ſaltem ſemiplenam, *per tex. in l. 3. §. ejuſdem quoque. & ibi gl in verb. confirmat. & Bart. ibid. ff de teſtib. Hipp. de Marſil. in l. de minore, §. plurimum. ff. de quæſt. Salic. in l. ea quidem, C. de accuſ. Spec. tit. de proba § videndum. & in tit. de not. §. fama, n. 3. Ioan. Corraſ. in l. admonendi, nu. 8. ubi communem dicit, ff. de Iureiur. Bapt. à Villal. com. opin.*
2 *in verb. fama. n. 6.* Imò volunt quidam, quod per ſe ſola † ne ſemiplenam quidem probationem inducat, niſi aliis adminiculis adjunctis. *Bart. in d. §. ejuſdem & alleg. ibi per eund. Dyn. in l. 2. ff. de excuſa. tut. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de noto. crim. Rot. deciſ. 3[illegible] & 339.* Nam, ut Seneca *in traged. 4.* ſcribit: Fama vix vero favet, & Vergil. *lib. 4. Aeneid.*

Fama malum quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, vireſq; acquirit eundo:
Parva motu primo, mox ſeſe attollit in auras.
Ingrediturq; ſolum, & caput inter nubila condit.

3 Unde ſola fama ſine adminiculis non eſt ſufficiens † indicium ad torturam, *Hyppol. de Marſil. ſing. 97. ubi communem dicit, & in d. l. de minore plurimum, nu. 30. Iaſ. in l. admonendi num. 207. ff de Iureiur. ubi quoque communem aſſerit, ut refert Cravet. conſ. 41. n. 5. Iul. Clar. pract. crim. quæſt. 21. verſ. fama ſola.* Cùm tamen aliàs ſemiple-
4 na † probatio, ut eſt unus teſtis idoneus, ſeu omni exceptione major, ad torturam ſit ſufficiens, *gl. in d. l. 3. in verb. convictus & ibi quoq; Ang. C. ad l. Iul. Majeſt. l. 1. §. idem Cornelio l. maritus, 10 ubi gl. Bart. & alii de q. Iul. Clar. pract. crim. q. 21. nu. 21. & q. 22. n. 2. Ord. Crim. Caroli V. art. 30. & 23. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 89 n. 3. & n. 28.* ubi
5 diligenter explicat, † quando fama aliis adminiculis concurrentibus ad torturam ſufficiat. Maſcard. *de probat. concluſ. 754.* ubi latè tractat quæſtionem, an fama ſemi-

Digitized by Google

ſemiplena probationem facit, quando agitur criminaliter. De Jure verò Canonico † plus famæ tribuitur, *c. ſuper eo de conſang. & affin.* ubi plus valere dicitur, quàm 6
teſtimonium unius, *& c. cum cauſſam, de prob.* ubi fama in probationibus attendenda præcipitur: imò *c. cum deſideres,* ubi quæſtioni finem dicit imponendum eſſe ſi fama publica eſt, *de ſent. excom.* & in quamplurimis ejus Juris articulis plenè probat, nedum ſemiplenè: ut in probanda excommunicatione, quæ tamen graviſſimi eſt præjudicii, *tex. in d. c. cum deſideres, & ibi gl. in verb. ſi publica fama, ext. de ſent. excom. & in c. adhac in gl. in verb. publicè, de poſtul. prælat.* Quod etiam quibuſdam durum viſum fuit in foro animæ, eoq; alia documenta apertiora hoc caſu neceſſaria dixerunt. *Ita Ant. de Butr. in c. veniens. n. 19. de teſtib. Dec. in d. c. adhac. n. 48. Spec. tit. de notor. § fama, n. 4.* Deinde in probando † juris patronatu, Innoc. *in c. veniens. de* 7
verb. ſignif. ut eum allegat & ſequitur Bald. *in auth. quas actiones, n. 16. de ſacroſan. Eccl.* Tertiò † in probanda mala fide ejus, qui præſcripſit. *Inno. in c. ult. coll. 8. de præ-* 8
ſcript. Quartò in probando † matrimonio, & illud de præſumpt. ubi fama appro- 9
bat matrimonium, *d. c. ſuper eo. de conſang. & affinit.* ubi fama impedit matrimonium contrahendum, *gl. in c. cum deſideres, in verb. ſi publica fama, de ſentent. excommunic. Speculat. de notor. § fama. n. 4.* Quintò † remedio, *c. redintegranda. 3. quæſt. 1.* 10
in quo ſola fama poſſeſſionem probat adhoc, ut agenti reſtituatur. *Dec. in c. 1. n. 17. de appellat. Anchar. conſ. 42. nu. 3.* Sextò † in factis antiquis hominum memoriam 11
excedentibus, ut autor eſt Innoc. *in c. veniens de teſtib. & Dec. in c. 1. num. 46. de appell.* ubi communem dicit. Ita tenent communiter Iaſ. *in l. prætor ait, nu. 11. Alex. conſ. 85. volum. 3. & conſ. 139. vol. 6. Hyppolit. de Marſ. in l. de minore, § plurimum. n. 60. & 61. ff. de quæſt. & in rubr. C. de probat. nu. 194.* Septimò † in probanda filiatione, *ut in c. per* 12
tuas de probat. Felin. in d. c. veniens nu. 7. de teſtib. & ad hoc videtur etiam text. *in l. filium definimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Octavò † in Eccleſiaſtico interdi- 13
cto, ut obſervetur *per gl. in c. 1. in verb. publicè, de poſtulat. prælat. Abb. ibid. nu. 17. & Felin. nu. 48.* Nonò, † in collatione beneficii, ubi pertinentia ſufficit probari per fa- 14
mam, *Dec. c. 1. nu. 39. de appellat.* Decimò † In materia peccati ad evitandum illud 15
famæ creditum, *Abb. in c. 1. num. 17. de poſtul. prælat. quæ ſequitur Card. Alexand. in c. 1. col. 4. de appellat.* Undecimò, † quando clericus infamatus dicitur, innocentiam 16
ſuam purgare tenetur, quod quia famæ adverſus ipſum creditum, *c. presbyter. 2. q. 4. c. cum deſideres. § ſecunda de ſent. excomm. c. 1. de purg. canon. Dec. in c. prudentiam §. ſexta. nu. 42. de offic. delegat.* Duodecimò, † quando agitur de informatione alicujus 17
conſcientiæ; Nam tunc famam † plenè probare volunt, Anton. de Butr. *in c. perve-* 18
nit. de cenſib. & Felin. in c. veniens. n. 9. de teſtibus. Quæ verò ad probandam famam neceſſaria ſint vide Mynſ. à Frundeck. *cent. 5. obſer. 46.*

TITULUS XX.

DE SENTENTIA.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili, offerens ſe liti ſine cauſa, licet non poſſideat, perinde ac ſi poſſideret, condemnatur: Iure Canonico non item.*

2 *Iure Civili ſententia in procuratorem abſente domino fertur.*

3 *Ratio, quod litis conteſtatione dominus litis*

Digitized by Google

factus & inſtantia obſtrictus eſt.
2 *Fallit in pupillo & minore, qui per tutorem vel curatorem litigavit.*
3 *Iure Canonico indiſtinctè lata fallit ſententia.*
4 *In Camera quoque Imperij in perſonam domini indiſtinctè ſententia fertur.*
7 *Fallit in cauſſa injuriarum ad evitandam infamiam.*
8 *Iure Civili interlocutoria, etiamſi in rem judicatam tranſierit, revocari poteſt.*
9 *Iure Canonico etiam poſt appellationem.*
10 *Limita, niſi appellans jam ſumptus fecerit.*

1 COmparatio I. Jure Civili, is qui ſe liti † ſeu definitioni rei ſine cauſſa obtu-
lit, cum non poſſideret, nec dolo feciſſet, quo minus poſſideret, ſi actor igno-
ret, non eſt abſolvendus, ſed condemnatur perinde, atq; ſi poſſideret, *tex. in l. is qui
ſe obtulit. 26. ff. rei vindic. & in l. qui ſe liti. ff. de petit. hered. l. parem. ff. de reg. jur.* De
Jure verò Canonico non item, *c. Eccleſiam, ut lit. penden. c. & ne ſi Epiſcopum. cauſ. 16.
quæſt. 6. part. 2. decreti.*

2 Comparatio II. Jure Civili ſententia † in procuratorem legitimè conſti-
tutum, cum quo Judicium agitatum eſt, abſente domino, neceſſariò ferenda eſt,
adeò ut ſi in perſonam principalis quæ non fuit in judicio, & non procuratorem
feratur, non valeat, ſed ipſo jure nulla ſit, *Wurmſ. à Schaffталshaim practic. obſerv.
tit. de ſententia obſer. 7. nu. 1. per text. in l. 1. & ibi Bart. ac Dd. C. de ſentent. & interlo-
cut. omn. judic. gl. in c. querelam, in verb. œconomi de elect. & ibi quoque Innoc. nu. 7. Pa-*
3 *normit. num. 50. Anton. de Butrio nu. 4.* Ratio, quia per litis conteſtationem † litis
dominus factus eſt procurator, & per eam quoque inſtantiæ obligatur, ut ab ea
amplius diſcedere non poſſit, *l. ſi procurator. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except. l. quæ-
cunque. ff. de act. & obligat. l. ita demum. ff. de procurat. l. 15. qui ſe obtulit, & ibi quoque
gloſ. in l. qui diſceſſit. ff. de rei judicat. l. ſed etſi ſuſceperit. ff. de jud. l. nemo, C. de juriſdict.
omn. judic. Bartol. in l. edita, num. 9. in fin. C. de edend. gloſ. in l. 2. §. fin. in gl. magna. ff.
de prætor. ſtipulat. Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. num. 6.* Niſi pupillus vel mi-
4 nor † per tutorem vel curatorem litigent. Nam licet iſti in judicio non fuerint,
quoniam legitimam ſtandi perſonam non habent in eo, ſententia tamen in eos
proferri poteſt, *ita Bart. in d. l. 1. C. de ſent. & interlocut. Wurmſer. d. obſerv. 7. num. 3.*
5 Jure verò Canonico hoc non attenditur, † ſed indiſtinctè lata valet. *c. licet. de pro-
bat. gl. in c. ſuſcitata in verb. monaſterium, de in integr. reſtitut. & ibi quoque Abba. & in*
6 *d. c. querelam. de elect. Wurmſer. d. obſerv. 7. num. 2.* Sic in ſupremo † Cameræ Im-
perialis judicio in perſonam domini indiſtinctè, ſive ipſe in judicio præſens fue-
rit, litemq; conteſtatus ſit, ſive nunquam comparuerit, ſententia concipitur &
effertur, *Gail. lib. 1. obſer. 111. n. 2.* licet ibi cauſſæ non aliter, quàm per procuratores
7 agitari poſſint. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 25.* excepta † cauſſa injuriarum, in qua ſen-
tentia in procuratorem, ad evitandam infamiam perferri poteſt. *Gail. d. obſer. 111. n.
3. & lib. 2. obſer. 102. n. 7.* Quod cautelæ loco ponit Cœpol. *cautel. 12.*

8 Comparatio III. Interlocutoria de Jure † Civili revocari poteſt per judi-
cem, licet in rem judicatam tranſierit. *l. quod juſſit. 14. & ibi Bartol. ff. de re judicat.
Alexan. in l. 1. §. fin. col. 1. ff. ſi quis judic. non obtemper. Bal. l. in addit. ad Speculat. tit.*
9 *de ſentent.* De Jure verò Canonico liberius revocari poteſt, † etiam poſt appella-
tionem, *text. in c. cum ceſſante, ibi, liberè in cauſſæ cognitione procedat, non obſtante ſi
à tali interlocutione fuerit appellatum, ext. de appell. & c. à judice eod. in 6.* Quod
intelli-

Digitized by Google

† intellige, ſi appellans nondum fecit ſumptus, niſi judex illos refundere velit: 16
Tù n enim adhuc gravamen revocare poteſt, *gloſ. in d. c. cum ceſſante. 60. in verb. comminando.*

Titulus XXI.

DE APPELLATIONE.

Summaria

1 *Appellatio ab interlocutoria ſimplici non admittitur.*
2 *Fallit in quibuſdam caſibus, de quibus remiſſivè.*
3 *Iure Canonico à quocunque gravamine appellari poteſt.*
4 *Quod conſuetudo judiciorum plerunque ſequitur.*
5 *Sed in Camera Imperiali Ius Civile hoc caſu obſervatur.*
6 *Appellatio gradatim fieri debet Iure Civili. Fallit ſi judex mediatus ſuſpectus vel inhabilis ſit, vel juſtitiam deneget. n. 8.*
7 *Iuriſdictiones confundi non debent.*
9 *Iure Canonico ad Papam rectè appellari poteſt. Ratio diverſitatis remiſſivè. n. 10.*
11 *Iure Civili in cauſſa momentanea poſſeſſionis. appellare non licet, ſecus eſt de Iure Canonico, numer. 14.*
12 *Ratio, quia illud gravamen in plenario reparari poteſt.*
13 *Probationes imperfectæ & ſemiplenæ in momentaneo poſſeſſorio recipiuntur.*
15 *In Camera Imper. in poſſeſſorio ſecundum Ius Civile appellationes admittuntur.*
16 *Appellator temerarius Iure Civili punitur duabus argenti libris: Iure Canonico in expenſis condemnatur.*
17 *Appellatio ab interlocutoria requirit cauſſam legitimam: Iure Canonico ſufficit probabilis, etiam jure non expreſſa, num. 18.*
19 *Appellatio ab interlocutoria ſine ſcriptis Iure Civili facta valet, quod tamen controvertitur. nu. 21.*
20 *Iure Canonico requiritur ſcriptura.*

COmparatio I. Appellatio ab interlocutoria de Jure † Civili non admitti- 1
tur, niſi tale gravamen, quod per appellationem à definitiva reparari nequeat
contineat, *l. antè ſententiæ tempus. 7. C. quor. appellat. non reci. l. apertiſſimi. 16. C. de
jud. l. ſi cler. 2. C. de epiſc. audien. ſi quis ex aliena. ff. de juriſdict.* & aliis caſibus exce-
ptis, quibus ab interlocutoria † antè & poſt litis conteſtationem appellari poſſit, 2
Bart. *in l. antè ſententiam, nu. 12. cum ſeq. C. de ſent. & interlocut. omn. judic.* ubi mul-
tos caſus enumerat, *& Bald in l. 2. C. de epiſc. aud. latè Maran. in aur. Spec. tit. de ſent.
& Phil. Franc. in c. cum ceſſante de appellat.* ubi ampliſſimè Felin. *in rubr. de re judicat.
Mynſ. cent. 1. obſ. 66. cent. 2. obſ. 49. cent. 4. obſ. 46.* De Jure verò Canonico † à quocunq; 3
gravamine, non ſolùm à definitiva, ſed etiam ab interlocutoria, appellari poteſt. *c.
ſuper eo 12. & c. cum cauſſam de appellat. Felinus. in rubr. ext. de ſentent. & re judic. nu. 1.*
Et quod appellatur ab interlocutoria etiam in judicio poſſeſſorio not. Innoc. *in c.
ſignificarunt, de teſtibus.* & latè Abb. *in c. cum ad ſedent. de reſtit. ſpoliat. Hartm. ab Ep-
ping. in pract. obſerv. tit. de appell. obſerv. 24. nu. 1.* Atque ita etiam de conſuetudine
& ſtylo judiciorum † ubivis ferè locorum obſervatur & frequentatur, ut ab omni 4
nimirum gravamine provocationes recipiantur. Verumtamen in Camerali ju-
dicio S. Roma. Imperii in recipienda appellatione ab interlocutoria, & decernen-
dis proceſſibus, † Jus Civile obſervatur, teſte Gail. *lib. 1. obſer. 129. nu. 1.* ubi rationem 5
aſſignat, ne eorum malitiis & calumniis locus & anſa detur, qui à quocunque
prætenſo gravamine facilè appellare ſolent, ut cauſſam principalem in infinitum

 extra-

Digitized by Google

extrahant & hoc pacto adverſarium ſuum lite & ſumptibus defatigent. *Ordin. Cameræ part.2.tit.28.§.fin.& tit.29.§ 4.*

6 Comparatio II. Appellatio gradatim fieri debet † Jure Civili: *l. Imperatores.71. ff. de appellat.& relat. Ordin. Cameræ part.2.tit.29.§.1.* Ratio; quoniam juriſ-

7 dictiones confundi † non debent, *l. nemo, & ibi gl. in verb. auxilium, C. de juriſdi. omn. judic § nulla, Auth. de defenſ. civit. Natt. conſ.271.nu.1.& 2. Guid. dec.436.n.3. ubi omni-*

8 *nò vide.* niſi inferior † & mediatus judex juſta de cauſſa ſuſpectus habeatur, vel aliàs inhabilis ſit, vel juſtitiam deneget. Quibus & aliis caſibus etiam omiſſo medio ad ſuperiorem aditus patet. Rober. Maran. *in part.6 de ordin. jud. tit. de appell. n. 357. cum aliq. ſeq.* ubi decem caſus recenſet. *Gail. lib.1. obſerv.28. & obſer.189. num.2. Spec. tit. de appell. § nunc tractemus. Abb. & Phil. in c. dilecti, de appell. Fel. in c. ſuper quæ-*

9 *ſtionum, §. porrò. n.14. de offic. & poteſtat. jud. deleg.* Jus vero Canonicum † provocationem ad Romanum Pontificē, omiſſis intermediis judicibus, admittit. *c. ſi duob. 7. & c. ſollicitudinem, de appell. c. Metropolitanum. cauſ.2. q.6. Philip. in d. c. ſi in duobus.* ubi idem dicit in Patriarcha, *& c. dilecti,* ubi plenè appellat. *Robert. Marant. de ordin. judic. d. tit. de appellat. nu.258. ſpeculat. tit. de appellat. §. num tractemus. in princ.*

10 ubi rationem ejus diverſitatis † inter Jus Civile & Canonicum. *Myinſ. cent.2. obſer. 4. Ferrar in form. appellat. gl. ſed ad quem,* ubi ſcribit, emanaſſe ex quadam avaritia clericorum inſatiabili.

11 Comparatio III. Jure Civili in cauſſa † momentaneæ poſſeſſionis appellare non licet, *l.1. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appellat. & Dd. ibid. Robert. Marant. de ordin. judic. part.4. diſtinct.9. nu 44. Menoch. in tract. de recup. poſſeſſ. in prælud. num.32.* Et ita ſecundum Jus Civile in Camera Imperiali appellationes in momentaneo

12 poſſeſſorio non recipiuntur. *Gail lib.1. obſerv.7. num.7.* Ratio hujus Juris † quod ſententia in hoc poſſeſſorio lata non perpetuum, ſed tantùm momentaneum, & reparabile præjudicium infert, quod in ordinario vel plenario poſſeſſorio facilè reparari poteſt, ita ut mera putaq; interlocutoria potius, quàm definitiva habeatur, neutri parti, ne in poſſeſſorio quidem ordinario, multo minus in petitorio,

13 præjudicialis. Unde etiam probationes imperfectæ † & ſemiplenæ in hoc requiruntur. *Plot. in repet. l. ſi quando §.3. nu.35. & 38. C. vide vi. Bald. & Caſtr. in l. ordinarii. C. de rei vindicat. idem Caſtrenſ. conſ.3. vol.2. Covarr. pract. quæſt. c.17. Capyc. deciſ.*

14 *55. num.7.* Secus eſt de Jure Canonico, † ubi etiam in cauſſa momentaneæ poſſeſſionis appellari poteſt. *ext. & not. in c. cum ad ſedem. & c. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpoliat. c.1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in c. de judicat. Wurmſer. à Schaffſtalshaim in pract. obſerv. tit. de appell. obſerv.12. n.1. Hartm. ab Epping. in pract. obſerv. tit. de appell. obſervat.24. num.1.* Verùm in poſſeſſorio plenario ſeu ordinario de Jure Civili,

15 † atque etiam in Camera Imperiali, appellationes admittuntur. *Gail. d. obſerv. 7. in fin. & obſerv.147. lib.1. de quo vide etiam Bart. in l.2. nu.7. & 9. ff. de appell. recip. & ibi addit. ad Bart. Spec. tit. de appellat. §. in quibus. nu.9. Weſenb. latè conſ.1. Virius commun. opin. concluſ.22. lib.2. Aſiſi. deciſ.38. & 39. in fin.* ubi vide, quando in poſſeſſione poſſit appellari.

16 Comparatio IV. Appellatio frivola atq; fruſtratoria duabus libris argenti punitur † Jure Civili, *l. ab executione, C. quor. appellat. non recipi.* Jure verò Canonico

nico

Digitized by Google

nico temerarius appellator condemnatur in expenſas. *c. reprehenſibilis. 26. §. ſi autem in quocunque, de appellat.*

Comparatio V. Jure Civili appellatio † ab interlocutoria in caſibus quibus 17
locum habet, requirit cauſſam legitimam & jure probatam, *l. hi qui à Civili. 7. C. de appellat. l. properandum. 13. C. de jud. Marant. de ordin. jud. tit. de appell. num. 125. cum ſeq. Bart. in l. ejus qui, ff de appell. recip.* adeò ut non ſufficiat, cauſſam generaliter deſignare, & ſe ad acta referre, *Angel. in §. fin minus, Inſtit. de actionib. poſt Bald. in l minoribus. n. 5. cum ſeq. C. de his quib. ut indig. Dec. conſ. 687. n. 4.* De Jure verò Canonico
† cauſſa ſaltem probabilis, licet Jure expreſſa non ſit, ſufficit, *c. ut debitus. 69. de ap-* 18
pellat. Oldendor. de comparat. Jur. Civil. & Pontific. in verb. appell.

Comparatio VI. Quando ab interlocutoria † appellatur, eo caſu licet tùm 19
de Jure Civili ſine ſcriptis appellare poteſt: & appellatio valet. *ita gl. & Bart. in l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff de appellat. & in l. 1. de appellat. recip. & Petr. de Ferrar. in form. appellat. ab interlocut. in verb. cauſis. Wurmſer. in pract. obſerv. tit. de appell. obſervat. 8. num. 2. & 3.* De Jure verò Canonico in appellatione † ab interlocutoria requiri- 20
tur ſcriptura, *c. cordi. & c. appellatio de appell. lib. 6. Petr. de Ferrar. ubi ſuprà Philip. in c. ut debitus. verſ. ſecundò quæritur,* ubi tamen dicit ita communiter ſervari, † tàm 21
de Jure Civili, quam Canonico, *& Paul. de Caſtr. conſil. 270. in prin. vol. 2. Ludov. Roma. conſ. 41. Marant. de ordin. jud. part. 6. tit. de appellat. num. 126. Spec. eod. tit. de appell. §. qualiter num. 1. & 2. & Wurmſ. d. obſerv. 8 nu. 2.* quod ita ſæpè viderit practicari, quod ſcilicet appellatio ab interlocutoria non admiſſa ſit, niſi facta fuerit in ſcriptis, etiam in loco, ubi aliâs Jus Civile militaret, & ita quoque Ferrar. *in form. appell. à definitiva, in verb. in his ſcriptis,* ſentire videtur. Pro concordia fortè dicendum: † Aut interlocutoria eſt ſimplex, aut vim definitivæ habet: Priore caſum 22
in ſcriptis ubique facienda eſt, ut recipiatur & valeat: Poſteriori, in continenti viva voce appellatio admittitur, & ex intervallo in ſcriptis: ſicut etiam in definitiva. *d. l. 1. & l. ſeq. ff. de appell. l. litigatoribus, & ibi gl. in verb. illico. C. eod. & ibi quoque Bart. & Dd. Ferrar. in d. verb. in his ſcriptis in princ. Franc. in d. c. ut debitus, Ordin. Cameræ part. 1. tit. 29. §. 3.*

TITULUS XXII.

DE SPORTULIS, EXPENSIS ET FRUCTIBUS.

SUMMARIA.

1 *Condemnatio expenſarum ob non probatam exceptionem rejicitur in finem litis Jure Civili: Jure Canonico ſtatim ad ſolvendum eas, quis condemnatur.*

2 *Jure Civili judicibus delegatis ſportulæ debentur: Jure Canonico denegantur judicibus, niſi viaticum proficiſcenti.*

3 *Jure Civili fructus intelliguntur deductis expenſis: Jure Canonico decima ſine alia deductione.*

COmparatio I. Qui oppoſitam exceptionem † non probat condemnandus 1
venit in expenſis, ſed Jure Civili illa condemnatio rejicitur plærunque in finem litis, *per l. properandum. 13. §. ſin autem. 4. C. de jud.* De Jure verò Canonico, qui fundata

Digitized by Google

fundata intentione actoris, exceptionem peremptoriam, vel etiam dilatoriam objicit, & non probat, ad ſolvendas ſtatim expenſas, condemnatur. *c. finem de dol. & contumac. & ibi gl. in verb. expenſas.*

2 Comparatio II. Jure Civili judicibus † delegatis ſportulæ debentur, & quidem in principio litis duo aurei, ſi cauſa centum aut plures aureos attingat: & rurſus duo in fine, *Auth. de jud. c. ne autem cir. hac. 9. tit. 11. c. 6. Nov. 82.* De Jure verò Canonico ſportulæ denegantur Judicibus, niſi quod proficiſcenti judici ſuppeditetur viaticum. *c. cum ab omni, de vita & honeſt. cler. c. ſtatutum. §. inſuper ut gratis. de reſcript. lib. 6.*

3 Comparatio III. Jure Civili fructus † demum intelliguntur deductis expenſis, *l. fructus. ff. ſol. matr. l. ſi à domino §. fin. ff. de petit. hære. l. fundus qui, ff. famil. herciſc.* Jūe autem Canonico decimæ exiguntur ſine illa deductione expenſarum vel ſumptuum. *c. cum homines. & c. non eſt in poteſtate. de decimis.*

Titulus XXIII.

DE EXECUTIONE.

Summaria.

1 *Jure Civili pendente reſtitutionis quæſtione, nihil interim innovandum.*

2 *Jure verò Canonico ad executionem, cautione de reſtituendo præſtita, proceditur.*

3 *Quod limita. I. Si præſumptio ſit contra petentem reſtitutionem.*

4 *Limita. II. Si per cautionem adverſario ſatis proſpectum ſit.*

5 *Jus Canonicum cum ſit limitatum, in utroq; foro ſervandum.*

1 COmparatio I. Jure Civili poſtulata † in integrum reſtitutione, & pendente illa quæſtione, utrum quis reſtitui debeat: nihil eſt interim innovandum, ſed omnia in ſuo ſtatu eſſe debent, donec res finiatur, ita ut etiam ſententiæ executio eò uſque differenda ſit, *tot. tit. c. in integr. reſtit. poſtul. nequid novi fiat.* Jure ve-
2 rò Canonico † ſententia prius lata executioni mandatur, ut tamen is cautionem idoneam præſtet, ſe omnia retrò reſtituturum, ſi cauſſam reſtitutionis locum obtinere poſteà conſtiterit. *c. ſuſcitata. de in integr. reſtit.* Verùm hoc Jus Canonicum
3 ita intelligendum, † ſi præſumptiones militent contra poſtulantem reſtitutionem in integrum, quod eam cauſſa impediendi ſententiæ executionem, de induſtria & mala intentione potius, quàm bonitate cauſſæ petat. *Panor. in d. c. ſuſcitata.* Deinde limitandum, † ſi per cautionem præſtitam illi, adverſus quem fit executio, ſententiæ interea differenda eſt. *Panor. in d. c. ſuſcitata.* Et hoc moderamine Jus Ca-
4 nonicum † in utroque foro rectè ſervari poteſt. *Mynſ. cent. 1. obſer. 48.*

Titulus XXIX.

DE RESTITUTIONE.

Summaria.

1 *Reſtitutio in integrum contra libertatem non datur minori nec Eccleſia, Jure Civili. Jure verò Canonico competit Eccleſia, num. 3.*

2 *Ratio civilis.*

4 *Quando & quatenus aliquis reſtituendus ſit, jus Civile abſentiarum genera diſtinguit: Jus Canonicum non item, n. 8.*

5 *Quinq;*

Digitized by Google

5. *Quinq; abſentiarum genera vulgò traduntur, & quæ illa ſint: Rectius.*
6 *Una voluntaria, altera neceſſaria: & utraque rurſus juſta & probabilis, vel non juſta & improbabilis dicitur.*
7 *Ob juſtam & probabilem cauſſam reſtitutio concedenda, & quæ illa ſint cauſſa.*

COmparatio I. Reſtitutio in integrum † contra libertatem datam vel ſententiam pro ea latam, ut minori non datur Jure Civili, *l. ſi ex cauſſa. 9. §. Papinianus. 4. ff. de minor. l. ſi poſt decretum. 1. Cod. ſi adverſ. libert.* ita nec Eccleſiæ. *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ratio † eſt, quia favor major habetur reſpectu libertatis, quàm minoris ætatis, *d. l. ſi ex cauſſa, §. Papin.* & libertas eſt juris publici, quod privatorum juri præferendum, *l. ſi quis. 35. de fidei. libert. Auth. res quæ C. com. delegat. l. 1. §. ultim. C. de caduc. toll. l. 5. C. de offic. Rect. provinc.* Jure verò Canonico † reſtitutio adverſus libertatem Eccleſiæ competit. *c. etſi illi, cauſ. 12. quæſt. 2. part. 2. decreti.* 1 2 3

Comparatio II. Quando & quatenus aliquis propter abſentiam reſtituendus ſit in integrum, † Jus Civile diſtinguit cauſſas, ex quibus abſentia cauſetur: Et quidem abſentiarum genera vulgò ab interpretibus diſtinguuntur quinque: † Prima dicitur abſentia neceſſaria & probabilis, ſi quis Reipubl. vel legationis, vel militiæ cauſſa abſit. Secunda probabilis, ſed non ita neceſſaria, ut qui ſtudiorum cauſſa abeſt. Tertia neceſſaria, ſed non probabilis, ut exules & banniti abſunt: Quarta voluntaria, cum quis lucri vel voluptatis gratia abeſt, ut mercatores ad nundinas abeunt. Quinta voluntaria, ſed improbabilis, ut cum contumaces in judicio comparere nolunt, *text. & gloſ. in l. fin. & ibi communiter Dd. ff. de in integr. reſtit. Zaſ. in §. rurſus, num. 4. 5. 6. & 7. C. quom. & quand. judex.* Sed revera duo tantùm ſunt abſentiarum ſpecies: Una voluntaria † altera neceſſaria: & utraque rurſus juſta, legitima & probabilis, vel non juſta & improbabilis. Ob juſtam autem & probabilem abſentiam † cauſſa reſtitutionis in integrum datur, *Sichard. in l. quia abſente. 4. num. 1. ff. de procurator.* ut qui Reipubl. cauſſa abeſt ſine dolo, ne data opera, nec lucro, ut ejus gratia abeſſet, affectarit: vel litis gratia cœperit reipubl. cauſſa abeſſe, *l. 1. §. 1. l. 4 & 5. §. fin. cum. 3. ſeqq. & l. ſed etſi. 26. l. nec non. 28. l. videlicet. 29 & l. abeſſe. 32. cum. 5. ſeqq. ff. quib. ex cauſſ. major. in integr. reſtit.* vel ſi quis teſtimonii cauſſa evocatus abfuerit: vel ſi appellationis, aut ſtudiorum, aut militiæ cauſſa peregrinatus ſit, *d. l. ſed etſi. §. ut. l. nec non. 28. ff. d. tit. l. 1. & 2. C. de uxor. milit. & eor. qui Reipub. cauſſa abſunt:* vel ſi quis juſti metus cauſſa timore mortis vel cruciatus deterritus abſit. *d. l. 1. §. 1. & l. 2. §. 1. & l. 3. ff. ex quib. cauſ. major. in integr. reſtit.* Jus verò Canonicum ſimpliciter † ſine diſtinctione illa revocat id, quod abſente aliquo, modo non ſit in contumacia, factum eſt. *c. cum Bartolus. 18. de ſentent. & re judicat.* 4 5 6 7 8

Digitized by Google

ff.de jud.& in l.ſi pecuniam.C. de neg.geſt. quando ſc. delictum nomine ratificantis
perpetratum eſt. Nec enim ratificari poteſt † quod non geſtum eſt nomine ratifi- 9
cantis,*ut habetur in alia reg.c.ratum,de reg.jur.in 6.& eſt tex.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego,
ubi gl.Bart.& alij.ff.de neg.geſt.& in l.ſi ſervus.ff.de prec.gl.2.in l.ſi pecuniam.9.& ibi
quoque Sich.n.4 & 6.* ubi benè diſtinguit, quando ratihabitio mandato † compa- 10
retur,& quando non. *C.de neg.geſt.* Iac.de Aret.dicit,quod in delictis, ex quib. ali-
quid adeſt,operatur ratihabitio,ſecus ubi non adeſt, *per gl. in l.1.§. dejicere, ff. de vi
& vi arma.* ubi ejus opin.approbata videtur. Sed Bart.plenius & rectius in hoc diſ-
tinguit: † Aut enim fuit delictum commiſſum nomine alicujus:tùm is poſtea ſen- 11
tiens ſuo nomine geſtum, ratum habet tanquam ſuo nomine geſtum,& tenetur:
Aut non ita ratum habet,ut factum nomine ſuo: licet aliàs eo facto gaudeat, quia
fortè cum læſo aut interfecto inimicitiæ ei fuerint. Nam ut quis in criminali-
bus † ex ratihabitione teneatur, hæc duo requiruntur, ut ſcil. ſit geſtum nomine 12
ejus,& etiam ratificatum ab ipſo tanquam geſtum nomine ſuo: nec ſufficit, quod
ſimpliciter ratum habuerit tanquam ſic geſtum. Poteſt etenim factum ratum
† haberi, non tamen qualitas ejus: *ut l ſi quid interdicto. C. arbitr. tut. & not. in l.* 13
Pompon.ſcribit.de neg.geſt. quod ſummopere & cautelæ loco notandum cenſet, An-
gel. Aret. *in tract.maleſ.in verb.Rodulph. barbitonſorem, verſ.2. nu.15 quæritur.nu 34.*
Sed de Iure Canonico, ubi aliquid ſaltem ad manus ratum habentis pervenit, te-
netur,licet non ſit ejus nomine geſtum, *Ita Ant.de Butr.in c.cum dilectus,ext. de ord.
cognit.in fin.*& Aug.*in addit.ad Ang.in d.verſ.nu.15. quæritur.* ubi dicit, † quod in fo- 14
ro pœnitentiali quis ſimpliciter ex eo, quod ratum habuerit, teneatur ipſo facto,
quoad Eccleſiam: licet ſecus ſit in foro judiciali,ubi utrumque requiritur, *per gl.
ſing.in c.cum quis, de ſentent.excommunic.in 6.*

Comparatio IV. An hæres ex † delicto defuncti teneatur; De Iure Civi- 15
li hæres ex delicto defuncti non poteſt conveniri,neque tenetur,niſi quatenus ad
eum ex delicto pervenit: vel niſi lis cum defuncto conteſtata ſit.*l.poſt litis conteſta-
tionem.C.ſi ex delict.defunct.* De Iure verò Canonico † hæres ex maleficio defuncti, 16
cujus bona percepit, licet ex maleficio ad eum nihil pervenit, tenetur, *c.ſi Epiſco-
pum.3.cauſ.16.p.6.& ibi gl.in verb.reddantur.c.tua nos,de uſur. c.ult.de ſepult.c.in lite-
ris,de raptor.* Ratio, quia † delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ converti non 17
debet, *text.in d.l.ſi epiſcopum*, & ut defunctus per reſtitutionem damni dati à pec-
cato valeat liberari,*text.in d.c.in literis.in fine.* Non tamen hæredes ultra † faculta- 18
tes, vel vires hæreditatis defuncti malefactoris tenentur,*text.& gl.in d.c. in literis,*
ſi inventarium fecerint, ut dicit gloſſ. *in d.c. in literis in verb.juxta facultates, per l.
ſancimus,§.ſin autem,& §.ſeq.C.de jur.deliberandi.*

TITULUS XXVI.

DE ACCUSATIONE.

SUMMARIA.

1 *Nemo ſine accuſatione damnari ſolet Iure Civili, Iure Canonico licet.*

2 *Inimicus an ad accuſandum admittatur Iure Civili, & nu.3.*

Digitized by Google

mine hæreſeos, *l. Manichæos C. de hæret. c. vergetis. tex. eo.* in crimine ſacrilegii, *l. ſi*
quis in hoc genus, C. de epiſc. & cleric. & Simoniæ, *l. ſi quenquam. C. eod. gl. Bald. Salic.*
& Ang. in l. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. Spec. tit. de accuſ. §. viſo, verſ. item quod eſt
mulier, ubi caſus recenſet, † quibus mulier in judicio criminali ſtare poſſit, *Ang.* 9
in l. 2. ff. de accuſat. Et de his vide tex. & gl. *15. q. 3. de crimine. & c. ex eo, & c. non eſt per-*
miſſum mulieri, & c. de certis cauſſis, & c. uxor. & tex. gl. & Arch. & vide ibi enumeran-
tem aliquos caſus. 2. q. 1. c. probibentur, § mulierem, Præpoſ. in c. probibentur. 2. q. 1. Vital.
in tract. maleſic. rubr. de privat. delict. Veruntamen † à teſtimonio nunquam arce- 10
tur, niſi in teſtamentis, *l. 2. cum ibi not. ff. de reg. jur. l. qui teſtamento, §. mulier. ff. de te-*
ſtam. & qui teſtam. fac. poſſ. De Jure verò Canonico, nec ad accuſationem, nec ad
teſtimonium in criminalibus admittitur, *c. de cætero. 14. ext. de teſtib. c. 2. quæſt. 7. c.*
1. 2. & 3. & 6. quæſt. 1.

Comparatio V. Mulier, in quibus caſibus † ad accuſandum admittitur, ſe 11
ad pœnam talionis ſubſcribere debet Jure Civili, aliâs non admittitur, *l. de crimine*
& ibi gl. Bal. Ang. Alber. & Guid. de Suza. C. qui accuſ. non poſſ. Ioan. Faber. in §. conſequens,
Inſtit. de ſuſpect. tut. De Jure verò Canonico ad ſubſcriptionem iſtam non tenetur.
Hoſtie. in ſum. de accuſ. § quis poſſit gl. 15. q. 3. crimine & 2. q. 1. §. mulierem. gl. in ſumma 2.
q. 8. & gl. c. ſuper his, de accuſ. In quo hoc jus ſequimur hodiè. Videmus enim ejuſ-
modi inſcriptiones † & ſubſcriptiones ſolennes à foro criminali receſſiſſe, & pla- 12
nè obſoletas eſſe. *Bart. in l. ſi cui in pr. & l. libellorum. ff. de accuſat. Angel. Aret. in tract.*
maleſic. in verb. & ad querelam Titij verſ. ſecundò requiritur de qua, nu. 5. Rom. conſ. 451.
in fin. Weſenb. in paratit. ff. de accuſat. & inſcript. n. 12. In cujus tamen locum hodiè
ſucceſſiſſe videtur † accuſatoris expoſitio criminis. *Ord. Crim. Carol. V. art. 11.* 13

Comparatio VI. Jure Civili uxor † non poteſt de adulterio accuſare ma- 14
ritum, qui rem habuit cum ſoluta perſona. Ratio, quia adulterium propriè dici-
tur committi, quando † ad alienum thorum, ad maritatam, vel uxoratum accedi- 15
tur: Poterit tamen agere injuriarum, ob violatum matrimonium, & illatam inju-
riam, *text. gl. & Doct. in l. 1. & in l. eum qui duas, C. ad l. Iul. de adulter. l. inter liberos, ff.*
eod. & civiliter, ut perdat † donationem propter nuptias. *Doct. in d. l. 1. Ang. in tract.* 16
maleſic. in verb. che hai adulterato. verſ. quæro, quia video. num. 25. per tex. in l. conſenſu.
§. 1. C. de repud. Unde maritus, qui concubinam ſolutam domi fovet, non poteſt ab
aliquo de adulterio accuſari: quia ad alienum thorum non accedit, & ſic ſtuprum,
non adulterium committit. *Bald. & Doct. in d. l. 1. Cod. ad l. Iul. de adulter. Wurmſer. à*
Schafftalsbaim in pract. obſervat. tit. de matrimoniis, obſerv. 7. nu. 3. & 4. Iul. Clar. pract.
crim. §. adulterium verſ. tribus autem. De Jure verò Canonico † uxor maritum de 17
adulterio ad ſeparationem thori accuſare poteſt, *per c. maritus, & c. intelleximus. ext.*
de adulter. & ſtupr. Berber. in aur. pract. tit. de adulter. ſtupr. inceſt. & lenoc. n. 8. & 9. Fa-
cit c. præcipit. c. apud eos. c. penult. § ſed quæruntur. cum c. ſeq. 32. q. 5. item c. ſi ducturi, &
c. indignamur, d. 32. q. 6. Wurmbſer. d. obſ. 7. n. 3. Quod & Conſtitutio criminalis Ca-
roli Quinti ſequitur, *artic. 120 verſ. item* daß es auch gleicher weiß. Ubi martitus
adulterium † quamvis cum ſoluta committens, eadem pœna, qua uxor 18
adultera, punitur ſcilicet ultimo ſupplicio,
d. art. 120.

TITULUS XXVII.

DE DENUNTIATIONE.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili nemo furem vel malefactorem indicare tenetur: at Iure Canonico quis cogitur.*
2 *Excommunicationes generales Epiſcoporum ad clandeſtina delicta revelanda.*
3 *Conciliatio Iuris Civilis & Canonici circa denuntiationem furis.*
4 *Fallit Ius Civile, ſi judex ex officio procedat.*
Deinde fallit in vaſallo, num. 5.
6 *Nemo ad denuntiandum admittitur Iure Civili, niſi qui ad id munus publicè conſtitutus eſt.*
7 *Quæ crimina denuntiari poſſint.*
8 *Iure Canonico quilibet, cujus intereſt, vel juſtitiæ zelo movetur, denuntiare poteſt.*
9 *Quod & hodiè uſu receptum videtur.*

1 COmparatio I. Jure Civili nemo † tenetur denunciare ſeu indicare furem, vel alium malefactorem, ad petitionem partis alterius, licet illum ſciat, *l. qui vas. §. qui furem, ff. de furt. l. Civile eſt. 5. & ibi Sichard. nu. 6. C. de furt. & ſerv. corrupt.* Jure verò Canonico poteſt aliquis cogi præcisè, ut furem indicet, *gl. in c. qui cum*
2 *fure, ext. de furt.* Inde Epiſcoporum excommunicationes exortæ, † qui ſæpè in clandeſtinis delictis, quæ reſcire volunt, generalem excommunicationem omnibus ſcientibus, & non indicantibus, vel dnnunciantibus imponunt. Sed in hoc Jus Canonicum cum Civili rectè conciliatur, per Sichard. *in d. l. Civile eſt, num. 8.* ut nulla inter utrumque antinomia vel contrarietas ſit ſtatuenda, hoc nimirum
3 pacto: † *ut d. c. qui cum fure*, intelligatur non de ipſo fure, ſed de re furtiva, ita ut is qui compertum habet, ubi & quo loco res furtiva ſit poſita, illam indicare teneatur, non ipſum furem: quod etiam de Jure Civili verum eſt, ut rem furtivam indi-
4 care, non etiam furem neceſſe ſit, niſi Judex ex officio † vel via inquiſitionis, generalis aut ſpecialis, procedat: tùm enim delinquentem ex aliquo nedum requirere, ſed etiam eundem ad indicandum malefactorem compellere poteſt, *per l. divus. & & ibi notat. ff. de offic. præſid.* Atque ita quoq; excommunicationes Epiſcoporum in-
5 tellectæ tranſeant. Deinde vaſallus, † quia domino ſuo fidelitatis ſacramento adſtrictus eſt; ſi furtum vel aliud delictum contra dominum intentatum ſciat, ei malefactorem illum detegere neceſſe habet. *Andr. de Iſer. in c. 1. §. præterea, quæ ſit prima cauſſa bene. amit. in uſib. feud. Matth. de Afflict. deciſ. 265.*

6 Comparatio II. Jure Civili nemo † ad denuntiandum admittitur, niſi ad id munus publicè conſtitutus ac deputatus ſit; quibus tamen non facilè & ubivis, in magnis præſertim criminibus, fides adhibenda. *Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim.*
7 *c. 6. de denuntiat. n. 1. Cyn. & alij Doct. in l. ea quidem. C. de accuſat.* ubi requirunt, † ut crimina ſint notoria, vel ſi non ſemper notoriè conſtent, ut tamen certo probari poſſint, ad hoc ut denuntiari poſſint. *Salic. in d. l. ea quidem, in verbo octavo quæro, quæ delicta, per l. 1. § quies. ff. de offic. præſid. urb. & l. divus. ff. de offic. præſid.* Sed de Jure
8 Canonico quilibet, † cujus aliqua ratione intereſt, admittitur, *c. illa præpoſiturum, de accuſ. & ibi Panor. Damhoud. d. c. 6. de denunt. n. 2.* vel etiam alius quilibet, qui verò Juſtitiæ Zelo motus ad denuntiandum venit, modo bonæ vitæ famæq; ſit: *per c. qualiter. & quando. d. tit. de accuſat. c. ſi peccaverit. 2. q. 1. c. novit. ext. de jud. Angel. in d. l. ea quidem, & in tract. de malefic. in verb. nec non ad denuntiandum. nu. 13. & ibi addit.*

Gandin.

Digitized by Google

Gandin.tract. maleſic. in rubr.qualiter procedatur in maleſic. per viam denuntiat. Spec. tit.de denuntiat.§.1.& Anton.Blanc.in pract.crim.§.poſtquam vidimus.n.3. Quod & hodiè † apud nos uſu receptum eſt. *Ioan.Berber.in aur.pract.part.4.de jud.n.120.* Quod 9
etiam videtur tolerabile de Jure Civili,per ea quæ notantur per Doctores, *in l.1.§. incidit.ff.ad Turpill.& in l.ſciverit.C. de execut.tut.& in l.nulla. C.de delato.& in c.2. & 3.c.dilectus,de accuſat.c.licet. Hely.de Simon.*

TITULUS XXVIII.
DE INQUISITIONE.

SUMMARIA.

1 *Iure Civili regulariter per Inquiſitionem non proceditur.*

2 *Fallit in datione tutoris,& aliis caſibus,quibus ad privatā utilitatem inquiritur.*

3 *Deinde fallit in quibuſdam caſib. quibus ad publicam utilitatem inquiritur.& n.6.*

4 *In enormibus delictis ſolennitas Iuris relaxatur.*

5 *Quæ crimina dicantur atrocia.*

7 *An contra ſocium criminis inquiratur.*

9 *Iure Canonico indiſtinctè per inquiſitionem licet procedere.*

10 *In inquiſitione diffamatio præcedat. Fallit in quibuſdam caſibus, nu.8.*

11 *In foro civili inquiſitio 20. annis præſcribitur: non item in foro poli.*

COmparatio I. Jure Civili ad detegenda † crimina regulariter per inquiſi- 1
tionem non proceditur, *l.2.§. ſi publico.ff.ad l.Iul.de adulter.Abb.& alii in rubr. de jud.* niſi in quibuſdam caſibus, † ut datione tutoris,*l.credendum.ff.qui pet.tutor.* 2
in crimine ſuſpecti tutoris, *l.1.& 3.ff.de ſuſpect.tut.* contra executores publicos,ne tributis & aliis ex actionibus ſubditos injuſtè emungant & vexent. §.*coges Auth. de mandat.princ.*ad videndum, cujus patrimonium ſit minutum, ut relevetur à cenſu, *l.fin.ff.de cenſi.* His caſibus exceptis non poteſt inquiri ad privatam utilitatem, *Salic.in d.l ea quidem.* Ad publicam utilitatem verò de Jure Civili inquiſitio permiſſa
eſt, † quando dominus à familia dicitur occiſus,nec à quo homicidium perpetra- 3
tum ſit,conſtet,inquiri poteſt,ſumpta quæſtione à familia.*l.1.in pr ff.ad Silan.* propter atrocitatem vel immanitatem criminis per inquiſitionē procedi poteſt. *leg. 4.§.mandatis.ff.ad l.Iul.pecul.l.ſi quis in hoc genus.C.de Epiſc.& cler.Spec.tit.de inquiſi.*
§.2.Ratio:quia in his enormibus & atrocibus † ſolennitas Juris relaxatur,& leges 4
quodammodo tranſgredi licet, *l.provinciarum.C.de feriis.d.l.ſi quis in hoc genus.Bal. in l.ſi quis filio,§.hi qui,ff.de injuſt.teſtam.*ut in crimine læſæ majeſtatis,*l.2.& 3.ff.ad l. Iul.majeſt.* & quæ porrò dicantur † crimina atrocia, *not.in l.ab ea.& in l.omnibus, ff.* 5
de re jud.& in l.liber homo ff.ad l. Aquil.& l.auxilium,§.in delictis ff.de minor.& in Auth. de mand.pr.§.ſed nec homicidas,& in Auth.de nupt.§ denuntiationes. Quando † accu- 6
ſator à reo corruptus dicitur,ut abolitionem ipſe conſequatur,*l.abolitio.C. de abolition.* Item quando unus ſocius alios nominet: Tùm enim licet ejus dicto regulariter nō credatur.*l ſi.C.de accuſ.*judex tamen ex officio contra eum ſaltē inquiſitio-
nem inſtituit,*l.1.§ ſi quis ultrò.ff.de quæſt.* An etiam contra † ſocium criminis, ne- 7
gat Hipp.*de Marſ.in pract.crim.§.conſtante,n.93.& § diligēter,n.67 poſt Raphel.Fulgoſ. conſ.126.& conſ.173. Ioan.de Anat.conſ 59.Dec.conſ.189 & conſ.175.quos allegat.*Itē ubicunq; crimen committitur coram Judice, & per hoc offendatur perſona vel officium atq; Majeſtas Judicis,*l.jubemus & ibi Bald.C.de probat.l.nullum.C.de teſtib.*& ſimilibus caſibus exceptis, quib. ad publicam utilitatē inquiri poteſt, de quibus per Docto-

Doctores, *in d.l.2.§.ſi publico. ff.ad l.Iul.de adult.& l.ea quidem.7.ff.de accuſat. Ang.in tract.malef.in verb.hæc eſt quædam inquiſitio,verſ.ſecundo principaliter in hac materia,* Hyppolit.de Marſil. *in pract.crim.& conſtante.nu.20.* ubi tradit,quibus caſibus Ju-
8 dex † ad inquirendum non præcedente diffamatione procedere poſſit, & Angel.
in l.vacantia.C.de bon.vacant.lib.10. Sed de Jure Canonico indiſtincte in omni cri-
9 mine † permiſſum eſt,per inquiſitionem procedere, *gl. & Doct. in c.infames.6 q.1. not.in c.1.ut Eccleſ benefic.ſine diminut. confer c.qualiter & quando, de accuſat.* Joan. Berber. *in aur.pract.part.4.de judic.nu 128.* ubi dicit,quod illa Juris Canonici diſpoſitio communiter in practica apud Judices ſervetur: ita tamen, ut inquiſitio-
10 nem diffamatio † ſeu fama publica præcedat, & alia requiſita neceſſaria concurrant,quo de crimine efficaciter inquiri poſſit,de quibus Jodoc.Damhoud. *in praxi rer.crimin. cap.8 de inquiſit.nu.4. cum ſeqq. Hyppol. de Marſil. d.§. conſtant. num.12. in pract.crim.& Ang.in d.verb.hæc eſt. quædam inquiſitio, verſ.quartò. principaliter quæro, in tract.maleſic.*

11 Comparatio II. De Jure Civili † ſeu, ut loquuntur in loco fori inquiſitio 20. annis præſcribitur, computando ab ipſo die commiſſi criminis, ita ut Judex vel fiſcus poſt inquirere non poſſit, *l.querela & ibi Bart.Bald.& Ang.C.ad l.Cornel.de falſ.* Sed in foro poli ſive conſcientiæ, huic præſcriptioni locum non concedunt. *Panorm.in c.cum haberet.ext.de eo qui dux. in matrim. quam polluer. per adulter. per c.cum tanto, ext. de conſuetud. Franciſ.Balb. in tract. de præſcript. §.ſecundò quære. Iod.Damhoud.in praxi rer. crimin.c.8. de inquiſit. nu.25.& 26.*

TITULUS XXIX.

DE SALVO CONDUCTU.

SUMMARIA.

1 *Salvus conductus à Iudice malefactori datus, an ei ſervandus ſit, & nu.3. & 4. ubi pro reſolutione diſtinguitur.*
2 *In legem vel Iuſtitiam qui peccat, & iiſdem juvari non debet.*
5 *Ius Canonicum ſimpliciter ſecuritatem datam præſtandam eſſe ſtatuit.*
6 *Salvus conductus hoſti ſervandus & quatenus.*
7 *An Iudex delinquenti ſalvum conductum ſemper dare poſſit vel debeat.*
9 *Confugiens ad Eccleſiam, non poteſt inde violenter extrahi: niſi fortè atrox aliquod delictum commiſiſſet, nu.10. Ius tamen Canonicum etiam hoc caſu ſecuritatem in Eccleſia concedit, nu. 12.*
9 *Sacra miniſteria, vota & preces in Eccleſia non turbentur.*
11 *Eccleſia domus ſit precationum, non receptaculum latronum.*
13 *Pœna extrahentis confugientem, & per hoc turbantis miniſteria ſacra.*

1 COmparatio I. Salvus † conductus à Judice datus crimino ſo an ſit ſervandus: putà ſi delinquenti, qui ad Eccleſiam confugit, ſecuritas à Judice permittatur, an nihilominus eum, data ſecuritate non obſtante, capitaliter punire poſſit? Et quod de Jure Civili ſecuritas data non ſit ſervanda, videtur per gloſſ. *in §.ſed neque.verſ neque autem homicidis,* ubi dicit: *Quod ſi dederis non ſerves, neque po-*
2 *terit contra te legem † vel juſtitiam invocare,quam contempſit.& Cyn.in l.præſenti.C.de his,qui ad Eccleſ.confug.* Angel.de Aret. *in §.præterea. num.36.& 37.* ubi dolum bonum dicit, ad malos homines decipiendos. *Paul. de Caſtr. conſil.242. & conſil. 422.*
Alii

Digitized by Google

Alii hoc caſu diſtinguunt: † Aut delinquens invitus de Eccleſia extrahi poteſt, & 3
ſecuritas præſtita ei ſervanda non eſt: *argum. d. verſ. neque autem homicidu, in Auth. de*
mandat. princ. ubi dicitur, quod homicidæ ſtatim de Eccleſia extrahi & puniri de-
beant, *& ibi gl. & Iacob. de Bellouiſ.* Aut invitus extrahi nequit, & ſervari debet, *ar-*
gum. l. is qui reus, ff. de public. jud. Rectius diſtinguendum puto: Aut † ſecuritas illa 4
juſta de cauſſa eaq́; cognita, & cum plena ac matura informatione facta dataq́;
eſt, & ſervari debet delinquenti, *d. l. is qui reus, & ibi gl. Bart. & Im.* Aut ſine cauſſæ
cognitione, nulla juſta de cauſa, per judicem ex abrupto data eſt, in perniciem Rei-
publ. minimè ſervanda. *l. relegati. ff. de pœn. Bald. in §. præterea Inſt. de act. & in §. item*
ſacramenta de pac. juram. firma. Bald. & Angel. in l. cognitionem. de bon. auth. Iud. poſſid.
Ang. in tract. de maleſic. in verb. quod fama publica præcedente, verſ. quinto quæro. nu. 60.
Jus verò Canonicum † ſimpliciter ſtatuit, talem aſſecurationem ſervandam eſſe, 5
ut in c. inter alia, & immun. Eccleſ. Cyn. Hartm. ab Epping. pract. obſerv. miſcel. c. 1. n. 22.
ut & † hoſti ſalvus conductus ſervandus eſt, *c. nol. 23. quæſt. 1. gl. in c. efferebat. 32. q. 7.* 6
Guid. Pap. in deciſ. q. 418. quatenus tamen ipſe quoq; fidem & ſecuritatem ſervet *gl.*
in d. c. noli. Ang. in l. 1. §. 2. ff. de dolo. Mynſin. à Frundeck cent. 4. obſer. 7. Holoan. illuſt. q. 7.
An verò judex † delinquenti ſalvum conductum ſemper dare poſſit vel debeat? 7
vide gl. Bart. & Dd. *in l. is qui reus, ff. de accuſ. Ang. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. Salyc. in l. cum*
indulgentia C. de ſent. poſſ. Petr. de Ferrar. in forma inquiſitionis, §. hæc quadam. 1. nu. 32.
ubi arbitrio judicis relinquit, inſpecta qualitate perſonæ & delicti.

Comparatio II. Jus Civile immunitatem † & ſecuritatem Eccleſiæ tri- 8
buit, confugienti ad eam, ut per Judices ſeculares invitus & violenter inde extrahi
nequeat, *l. 2. C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt.* ac ſecuritate illâ non modò gaudet
debitor, qui ad Eccleſiam confugit, ſed etiam is, qui delictum aliquod commiſit,
d. l. 2. Ratio redditur, † ne ſacra miniſteria, vota & preces turbentur, quæ in pace, 9
quiete & tranquillitate celebrari convenit, *l. denuntiamus, de his qui ad Eccleſ. con-*
fug. Niſi fortè atrox delictum † commiſiſſet, puta adulterium, homicidium, vel 10
hujuſmodi aliquod, quod pœnam corporalem meretur. Tam graviter enim delin-
quentibus Jus Civile ſecuritatem Eccleſiarum denegat: Eccleſia ſiquidem domus
ſit precationum, † non receptaculum latronum. Talibus igitur haud parcere con- 11
venit: *§. neq; autem homicidis, & ibi gl. in verb. neq; cuſtodes, in Auth. de mandat. princ. l. 3.*
& ibi Paul. de Caſtr. C. de epiſc. audient. cum nulla poſſit pinguior victima mactari
Deo, quàm homo ſceleratus ſecundum Senec. Jus verò Canonicum † hoc quoq; 12
caſu ſecuritatem concedit, *c. inter alia & c. fin. de immunit. Eccl.* niſi in Eccleſia ipſa
crimen commiſerit, *d. c. fin.* vel niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator. *d.*
c. inter alia. vide Ferrar in form. inquiſit. in princ. nu. 13. & Angel. in tract. maleſic. ſuper
verb. fama publica verſ. quartò quæro.

Comparatio III. Extrahentes † confugientem ad Eccleſiam: & turban- 13
tes ſacra miniſteria puniuntur Jure Civili pœna capitis, *l. 2. & l. præſenti, in princ.*
C. de his qui confug. ad Eccl. l. ſi quis in hoc genus cum Auth. ſeq. C. de epiſc. & cler. De Ju-
re verò Canonico excommunicantur. *Hoſtienſ. de immunitate Eccleſ.*
numer. 15. & quæ ſit pœna violant. immunit.
Eccleſ.

Titulus XXX.

DE CARCERE.

Summaria.

1 *Carcer non pœnæ ſed cuſtodiæ cauſſa conſtitutus, Iure Civili.*
2 *Fallit in luſore, qui aliquem ad ludendum vi compulit.*
3 *Carcer mala manſio & magna ſervitus dicitur.*
4 *Iure Canonico ad tempus vel in perpetuum pœna carceris puniri poteſt: quod uſu receptum. num. 6.*
5 *Pœna perpetui carceris morti æquiparatur.*

1 COmparatio I. Carcer de Jure Civili † ne in criminalibus quidem pœna eſſe debet, ſed tantùm cuſtodia. Quare præſidibus provinciarum prohibetur damnare in carcere cuſtodiendos, ut vinculis perpetuis ibi contineantur, *tex. in l. aut damnum. in §. ſolent. ff. de pœn. & in l. incredibile, C eod. l. 1. & ibi gl. in verb. cruciatio. l. fin. C. de cuſtod. reor.*
2 Niſi luſor † aliquem ad ludendum ſecum vi compulerit: Is enim mulctari, vel carcere puniri poteſt, *l. 1 §. fin. ff. de aleat. Hartman. ab Epping. pract. obſervat. tit. de accuſat. obſerv. 4. num. 1. 3. & 4.* Quapropter carcer rectè mala
3 manſio † & magna ſervitus dicitur, *Angel. de Aret.* De Jure verò Canonico quis
4 puniri poteſt pœnâ † carceris, vel in perpetuum, vel ad tempus. Ita reſcribit Bonifac. Pontifex. Max. ad Bitterenſem Epiſcopum. *in c. quamvis de pœn. in 6. c. novimus. §. fin. de verb. ſignificat. Roman. ſing. 711. nu. 1. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. attingam. num. 26. & ſing. 566. Ioan. Berber. in aur. pract. part. 1. tit. 1. de crimine læſæ ma-*
5 *jeſt. nu. 14.* Hæc pœna † perpetui carceris æquiparatur morti. *Bald. in l. Imperium. ff. de juriſdict. omn. jud. Innoc. in c. qualiter & quando, de accuſat. Marſil. in d. §. attin-*
6 *gam. n. 32.* Et hoc Jus Canonicum, quoad pœnam † carceris, hodie uſu & conſuetudine receptum videmus.

Titulus XXXI.

DE CONFISCATIONE.

Summaria.

1 *Bona damnatorum hodiè Iure Civili non confiſcantur.*
2 *Fallit in crimine læſæ majeſtatis.*
3 *An publicentur, ſi adverſus inferiorem Principem commiſſum ſit crimen.*
4 *Iure Canonico bona graviter delinquentium ad fiſcum Eccleſiæ deferuntur.*
5 *Bona hæreticorum publicantur Iure Canonico.*
6 *Iure Civili filiis orthodoxis relinquuntur.*

1 COmparatio I. Bona damnatorum † hodiè Jure Civili non confiſcantur vel publicantur, ſed hæredibus eorum, non ſolùm liberis & parentibus, ſed etiam collateralibus relinquuntur: *Auth. bona. C. de bon. damnat. Novell. 134 circa finem. l. cognovimus. 19. & Auth. idem eſt, C. de hæret. Iul. Clar. in pract. crimin. quæſt. 78. num. 2. & Roland. à Valle conſ. 97. num. 1. & conſ. 98. num. 4. volum. 2. Franciſ. Viu. lib. 2. commun. opin. verb. confiſcari. nu. 3. Novell. 17. §. oportet autem. Ordin. criminal. Caroli*
2 *Quinti art. 219. verſ.* Item an etlichen/ niſi † in crimine læſæ majeſtatis ubi liberi univerſis parentum ſuorum bonis confiſcatione privantur, ſola ipſis vita relicta.

Angel.

Angel. in §. interdum. nu. 7. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. Iodoc. Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 2. n. 9. d. Novell. 134. §. penult. l. quiſquis 5. & l. meminiſſe 6. in princ. & l. poſt divi. 7. C. ad l. Iul. majeſt. Iul. Clar. d. quæſt. 78. num. 3. Franciſ. vivi. d. verb. confiſcari. num. 1. Soarez. comm. opin. in litera B. num. 40. Sed ad hoc ſententia lata requiritur, *Iul. Clar. in § læſæ majeſtatis, num. 9.* Nec publicantur, † ſi adverſus inferiorem 3
Principem commiſſum ſit crimen, *Clar. d. num. 9. in fin.* De Jure verò Canonico
bona graviter † delinquentium ad fiſcum Eccleſiæ deferuntur, *cap. vergentis. 10. de* 4
hæret. 6. ſi quis deinceps, & c. quiſquis cauſ. 17. quæſt. 3. part. 1. decreti. Ioan. Berber. in aur. pract. part. 1. tit. 1. num. 12.

Comparatio II. Bona hæreticorum † liberis an confiſcanda ſint? Jure 5
Canonico conſtitutum eſt, quod bona hæreticorum publicanda ſint, nec quicquam filiis inde relinquendum, *c. vergentis in ſenium c. ad abolendam, & c. excommunicamus, de hæret. & in c. cum ſervandum leges. eod. in 6. Ioan. Berber. in aur. pract. tit. 1. num. 7.* Jure verò Civili non publicantur, † ſed liberis orthodoxis relinquuntur, 6
l. Manichæis l. cognovimus, de hæret. & Manichæis. Ratio, quia ibi pœna eſſe debet, ubi eſt noxa, & peccata ſuos teneant authores, *l. ſancimus, C. de pœn. l. crim. 26. ff. eod.* Unde cum mortalitate Rei publica crimina extinguuntur, nec ad hæredes tranſeunt. *tot. tit. C. ſi reus vel accuſ. § non autem. Inſtit. de perpet. & tempor. action. l. pupillum, § in hæredem, ff. de reg. jur. l. ult. ff. ad l. Iul. majeſtat.*

TITULUS XXXII.

DE POENIS.

SUMMARIA.

1 *Sanguinis pœna civili magiſtratui pro vindicandis criminibus competit.*
2 *Iure Canonico clericis interdicta eſt ſanguinis vindicta.*
3 *In parte ceſſans, ad totam adhuc pœnam tenetur, ſecundum leges.*
4 *Iure Canonico adverſus exigentem totam pœnam exceptio datur.*
5 *Liberis inceſtuoſis denegantur alimenta Iure Civili.*
6 *Iure Canonico ipſi à patre alendi ſunt, juxta facultates ejus.*
7 *Ratio.*
8 *In majoribus criminibus pœna mortis ſecundum leges imponitur.*
9 *Iure Canonico pœnitentia 7. annorum.*
10 *Pœna civilis ſtupri.*
11 *Pœna Canonica.*
12 *Pœna divina.*
13 *Patri licet adulterum cum filia ſua deprehenſum in domo ſua occidere.*
14 *Quando maritus adulterum cum uxore occidere poſſit.*
15 *Canones illam privatam ultionem prohibent.*
16 *De homicidio in rixa plurium facto tenetur is, ex cujus vulnere mors ſecuta eſt. Ius Canonicum aliter ſtatuit. nu. 19.*
17 *Quid ſi omnes ad occidendum deſtinata voluntate convenerint.*
18 *Intentio & voluntas delinquentis diſtinguunt maleficia.*
20 *Corrumpens pondera & menſuras punitur L. Cornel. de falſ. & in Inſulam relegatur.*
21 *Item falſis menſuris utens vel ad relegationem vel ad duplum condemnatur.*
22 *Iure Canonico per 30. dies in aqua & pane pœnitere cogitur corrumpens pondera.*
23 *Pœna criminalis repetundarum civilis, quæ ſecundum Leges.*
24 *Pœna ejus criminalis.*

25 Pœna Canonica repetundarum eſt ſuſpenſio ab officio.
27 Pœna annona Canonica.
26 Pœna annona flagellata Iuris Civilis.
28 Pœna peculatus civilis eſt deportatio cum bonorum publicatione.
29 Pœna Canonica.
30 Pœna termini moti.
31 Pœna terminorum Canonica.
32 Corpora mortuorum Iure Civili extra civitatem ſepelienda ſunt ſub pœna 40. aureorum: hodiè Iure Canonico in cœmiteriis & templis. num. 34.
33 Pœna ſepulchri violati.
35 Quibus Chriſtianorum ſepulchra deneganda ſit.

1 COmparatio I. Jure Civili pœna mortis vel ſanguinis competit † magiſtratui pro exequendis & vindicandis criminibus, *l. Imperium. ff. de juriſdict. l. illicitas. § qui vi univerſas, ff. de offic. præſid. l. ſolent. ff. de offic. proconſul. & l. quæcunque. v. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdict.* De Jure verò Canonico omnis ſanguinis
2 vindicta clericis interdicta eſt, † nec magiſtratus canonicus gladium habet, *c. inter cauſ. 33. quæſt. 2. in Archiepiſcopatu, de raptorib. c. ſi quis per induſtriam. 1. de homicid.*

3 Comparatio II. Qui aliquid ſub pœna, † promittit dare, licet in parte ſaltem ceſſet: tenetur tamen adhuc ad totam pœnam ſecundum leges, *l. ſtipulationem, §. fin. ff. de verb. oblig. l. hæredes. §. in illa. ff. famil. hercisc. l. ſi ſervus. §. ſi plurium. ff.*
4 *ſi quis cautionibus.* De Jure verò Canonico † adverſus exigentem totam pœnam exceptio datur, *c. ſuam, de pœnis.*

5 Comparatio III. Liberi ex nefario † aut inceſto ſeu damnato coitu nati, omni paternæ ſubſtantiæ beneficio indigni habentur, Jure Civili, adeò ut ipſis alimenta quoque denegentur: Quod ita in deteſtationem nefandi hujus criminis inductum & conſtitutum eſt, *Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. Auth. licet patri,*
6 *C. de natur. liber.* Canones verò hunc rigorem Juris Civilis mitigantes † ipſos à patre alendos eſſe volunt ſecundum facultates ejus, in nihilo tamen ei ſuccedunt, *c. per venerabilem qui filij ſint legit. c. cum haberet, ext. de eo qui duxit in matrim. quam*
7 *polluer. per adulter.* Ratio † & æquitas hujus ſumitur à Jure naturali, unde non ſolùm liberorum procreatio, ſed etiam eorum educatio deſcendit, *l. 1. § jus naturale, ff. de juſt. & jur. & §. 1. Inſt. de jur. natur. gent. & civil.*

8 Comparatio IV. In majoribus † criminibus, homicidii, adulterii, raptus virginis, peculatus, parricidii & ſimilibus, Jure Civili pœna mortis irrogatur, *tot.*
9 *tit. Inſt. de publ. jud.* De Jure verò Canonico † pœnitentia 7. annorum, *c. hoc ipſum 33. quæſt. 2.* niſi, ut ibid. exceptionis loco ſubjicitur, officii excellentia, vel criminum magnitudo vulgarem conſuetudinem excedens, prædictum ſpatium tranſcedere cogat, veluti dum contra naturam humanæ ſocietatis parentibus vel liberis vel aliis ejuſmodi perſonis impudicè adhæremus: vel dum relicto naturali uſu contra naturam more Sodomitico fornicamur: vel uſque ad coitum brutorum animalium prolabimur: in quibus longioris temporis pœnitentia imponitur. Sed in his enormibus & gravioribus criminibus Jus Civile obſervandum puto, etiam in terris Eccleſiæ.

10 Comparatio V. Jure Civili ex l. Julia †, ſtupri flagitium punitur, cum quis ſine vi vel virginem, vel viduam ſtupraverit, ita ut ſi honeſtus habetur, ſuſtineat publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humilis, corporis coërcitionem cum relega-

relegatione: ſi verò vim adhibuerit, capite plectatur. §. *item lex Iulia 4. & §. item*
lex Iulia 8. verſ. ſin autem per vim. Inſt. de publ. jud. Gravius etiam punitur tutor, qui
pupillam ſuam ſtupraverit, *l. unic. C. ſi quis eam, cujus tut. fuer. corrup.* & mulier quæ
cum ſervo ſuo rem habuit, *l. unic. C. de mul. quæ ſe prop. ſerv. junx.* De Jure verò
† Canonico ſtupratam aut ducere cogitur ſtuprator, aut ſi non vult, corporaliter 11
caſtigatur & excommunicatur, *c. pervenit ad nos. de adulter.* At ſi ſtuprator ſit
perſona Eccleſiaſtica, tùm corporaliter puniri poteſt, vel etiam deponi: & ſi bona
habeat, dotabitur ſtuprata de illis. *c. at ſi clerici, & ibi Dd. de jud. d. c. pervenit. & c. 1.*
de adulter. Berber. in aur. pract. tit. 2. nu. 25. De Jure Divino † aut ducat, aut dotet, 12
ut habetur Exod. 22. ut refertur. *c. 1. ext. de adulter. & ſtupr.* Si quis ſeduxerit virgi-
nem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit uxo-
rem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis,
quam virgines accipere conſueverunt. Et ita hodiè ſervatur, ſi honeſta virgo ab
aliquo vitiata ſit.

Comparatio VI. Jure Civili † patri licet adulterum cum filia ſua, quam in 13
poteſtate habet, in adulterio & domo ſua, vel generi, deprehenſum, occidere. *l. nec*
in ea. 22. & ibi gl. & Bart. & l. ſeq. ff. ad l. Iul. de adulter. Ang. in tract. malef. in verb. che
hai adulterato la mia donna, verſ. an patri licet, nu. 8. cum ſeqq. ubi ſeptem requirit,
adhoc ut patri hoc liceat impunè. Sic maritus cum uxore † deprehenſum occi- 14
dere poteſt, ſi eum ter antè admonuerit, ut ab uxore abſtineret, & is nihilominus
eam ad ſcelus tentaret, *Auth. ut lice matr. & à vi. §. pen. & ult. tit. 18. coll. 8. Novell. 117.*
l. marito. 24. ff. ad l. Iul. de adult. Angel. in d. verb. che hai adulterato. num. 2. De Jure
verò Canonico † iſta privata vindicta in adulteram nulli permittitur, ſed coràm 15
judice ad legitimam pœnam accuſandus eſt. *c. inter hæc & c. ſeq. cauſ. 33. q. 2. p. 2. ſi*
non licet, cauſ. 23. q. 5. p. 2. decreti.

Comparatio VII. Si in rixa † vel conflictu plurium aliquis vulneratus ſit, 16
ita ut ſtatim anima expiret, & certum ſit, ac diſtingui poſſit, ex cujus vulnere ſit:
tùm is ſolus, ut homicida de homicidio tenetur, cæteri mitius, ut vulnerantes pu-
niuntur, ex conſtitutione Juris Civilis, *l. item Mela. § celſus; & l. huic ſcripturæ. 15. § ſi*
ſervus. ff. ad l. Aquil. l. fin. & ibi gl. ff. ad l. Corn. de Sicar. Iaſ. in l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir uxo-
rem. nu 9. ff. ſolut. matr. Gail. lib. 2. obſerv. 109. nu. 2. Ni omnes † ex propoſito & de- 17
ſtinata voluntate ad occidendum aliquem convenerint. Tunc enim omnes ea-
dem pœna ordinaria, ſcil. capitis, indiſtinctè propter eundem animum occidendi
tenentur, *gl. & Bart. in d. l. fin. nu 1. & nu. 10. ff. ad l. Cornel. Iul. Clar. in pract. crim. §.*
homicidium. nu. 137. Concordat conſtitutio pacis publicæ de Annis 1521. 1555. 1566. Ita
namq; † animus & voluntas delinquentis diſtinguunt maleficia, *l. qui injuriæ cau-* 18
ſa, ff. de furt. l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. l. quod Reipubl. ff. de injur. De Jure verò † Ca- 19
nonico aliter ſtatutum liquet *ex c. præſentium 3. de cleric. percuſſor. & c. ſi quis poſt,*
diſtinct. 1. p. 1. decreti.

Comparatio VIII. Jure Civili qui † pondera & menſuras lucri cauſſa 20
corruperit, punitur L. Cornelia de falſ. & inſulam relegatur, *text. eſt in l. penult. ff.*
de falſ. & in l. annonam, §. fin. ff. de extraord. crim. l. arbitrio. 19. § de eo, ff. de dolo malo.
Ac contra utentes falſis ponderibus & menſuris, † vel criminaliter agitur ad rele- 21

 gatio-

gationem, vel civiliter ad duplum ejus, in quo quis per falſas menſuras vel ponde-
ra læſus & deceptus eſt. *d. l. penult. & Ferrar. in form. libell. in cauſ. vendit. in verb. per-*
22 *ricarum centum.* Jure verò Canonico † corrumpens pondera vel menſuras cogi-
tur pœnitere per 30. dies in aqua & pane, *c. 2. de empt.* Et ſi pœnitentiam agere
noluerit, excommunicatur, *ſecund. Abb. ibid.*
23 Comparatio IX. Pœna † repetundarum de Jure Civili eſt duplex, Civilis
& Criminalis. Civilis eſt quadruplum ejus, quod datum vel acceptum eſt, *l. 1. & l.*
fin. C. ad l. Iul. repetund. quæ etiã ab hæredibus repetenda eſt, *l. ſciam. 2. C. eod.* Et hoc
quadruplum quando turpitudo dandi ex parte dantis provenit, ſolùm fiſco appli-
catur, *l. Lucius, ff. de Iure fiſci. Azo. in rubr. C. ad l. Iul. repetund.* ſi verò ex parte reci-
pientis, media pars applicatur læſo, & altera fiſco vindicatur. *l. 3. C. de aſſeſſor.* Cri-
24 minalis eſt † extraordinaria arbitraria, ſecundum qualitatem negotii. Nam ſi per
hoc alteri damnum afferatur in bonis, hujus criminis damnatus officio privandus
eſt, *l. eadem lege. 6. ff. de l. Iul. repetund. Paul. lib. 5. tit. 28.* ſin verò in corpore lædatur
alter, ita tamen, ut mors inde non ſequatur, mittitur in exilium, & bona confiſcan-
tur, *per §. ſi quis autem, in Auth. ut litigantes Iurent. coll. 9. Auth. novo jure C. de pœn.* Si
verò mors ſequatur, capite plectitur, *l. lex Iulia. 7. §. fin. ff. de l. Iul. repetun.* Pœna hui-
25 jus criminis de jure Canonico eſt † ſuſpenſio ab officio, *c. cum æterni tribunal. de*
re judic. in 6. Et ſi ſit beneficiatus talis judex, beneficio privandus eſt. Ita tenet
Ioan. Berb. *in aur. pract. part. 1. tit. 13. nu. 5.*
26 Comparatio X. Pœna annonæ † flagellatæ vel defraudatæ, de Jure Civili
eſt extraordinaria ſeu arbitraria ſecundùm qualitatem delicti. Nam ſi in modico
deliquerint, interdicitur eis negotiatio: ſi verò in multo excellerint, relegantur.
Humiliores verò ad opus publicum damnantur, *l. annonam. 6. ff. de extraord. crim.*
Tenentur & hoc crimine qui navem nautamvè retinuerint, in pœnam 20. aureo-
27 rum, *l. 2. ff. de l. Iulia. de annona.* De Jure Canonico † pœna quoque diverſimodo
ſecundum qualitatem perſonarum ſtatuitur. Laici enim ſi moniti non abſtineant,
excommunicantur. Si clerici, ab officio & beneficio ſuſpenduntur, *c. præterea, de*
uſur. & ſi ſine fruge perſeverent, privantur & deponuntur, *c. 1. de tit. de uſur.*
28 Comparatio XI. Pœna † peculatus de Jure Civili eſt deportatio cum bo-
norum publicatione, *l. peculatus. 3. ff. ad l. Iul. peculat.* Moribus noſtris hodiè pro
majori ſumma etiam hos, qui pecuniam vel Rempublicam depeculantur, ſuſpen-
di: pro mediocri fuſtibus cædi poſſe putarem, juxta Conſtitutionem Criminalem
29 Caroli Quint. art. Vom Diebſtal. De Jure Canonico, † ſi presbyteri vel alii Ec-
cleſiaſtici bona Eccleſiaſtica ſibi approprient, vel alienent, excommunicantur,
donec reſtituerint. Quod ſi reſtituere non poſſint, deponuntur, *c. ſi quis de re ec-*
cleſ. non alien. c. diaconi, cauſ. 12. q. 2.
30 Comparatio XII. Pœna termini † moti de Jure Civili eſt arbitraria, pro
perſona & qualitate facti. Nam primo ei, qui amovet & propellit vicini termi-
nos, ut locum agri, infra quem remoti ſunt, occupet, imponitur relegatio, *l. 2. §. de*
pœna. ff. de termin. moto. Deinde qui finalium quæſtionum obſcurandarum cauſſa
faciem locorum ſeu terminorum convertunt, ut ex arbore arbuſtum, aut ex ſylva
novale, aut aliquid ejuſmodi faciunt, pœna plectendi ſunt pro perſona & condi-
tione

tione & factorum violentia, *l. fin. in fin. ff. eo.* Tertiò qui dolo malo, non ut ſibi proficiat, vel adſcribat, ſed ut alteri noceat, communes terminos ſtatutos movet extra ſuum gradum, tenetur in 50. aureis, qui fiſco applicantur, *d. l. fin. in princ. ff. eo.* Quartò qui mandato alterius terminos evellit, caſtigatur, & ad opus publicum biennio datur, *d. l. 2. in fin.* Quintò qui per ignorantiam aut fortuito lapides, ſcilicet terminales, furatus eſt, putans ſe furari ſimplices lapides verberibus cæditur, *d. l. 2. in fin.* De Jure Canonico diſtinguitur † inter committentem & conſilium dan- 31
tem: Hic per duos menſes excommunicatur: *c. tanta. 68. de jud.* Ille ad tempus carceri tradendus, ad pœnitentiam peragendam. *arg. eorum quæ tradit gl. in d. c. tanta, ſuper verb. terminos, & quæ not. in c. cum ab homine de jud. & c. tuæ, de pœn.*

Comparatio XIII. Jure Civili olim † corpora mortuorum extra civita- 32
tem ſub pœna 40. aureorum, propter fœtorem ſepelienda erant. *l. 3. §. divus. ff. de ſepulch. viol.* Sed ne violarentur extra murũ poſita ſepulchra, pœna † graviſſima con- 33
ſtituta eſt in viatores: nimirum pœna infamiæ, *l. 1. & 2. §. prætor ait, & l. ii qui intulit, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. 3. in princ. ff. de ſepulch. viol.* Quod ſi verò corpora vel oſſa dehumata extrahat, ſi humilis ſit conditionis, ultimo ſupplicio plectitur: ſi honeſtior, in inſulam deportatur vel relegatur, *l. fin. ff. eo* De Jure verò Canonico,
† non ſolùm in cœmiteriis, ſed etiam in templis & pomœriis eorũ intra civitatem 34
demortui ſepulturæ traduntur. *tot. tit. ext. de ſepulch.* Et ita adhuc hodiè ubiq; locorum obſervari videmus, ſi modo † ſint Chriſtiani orthodoxi, non hæretici, de no- 35
torio peccato inquinati, nec ante mortem in melius converſi, uſurarii, *c. nullus. & ibi gl. cauſ. 13. q. 2. & c. in omnibus ext. de uſur.* & ii, qui ſibi ipſis mortem conſciverint. *text. & gl. in c. placuit. 33. quæſt. 5.* quibus merito Chriſtianorum ſepulchra deneganda, *c. ſacris. d. tit. de ſepultur. &c.*

QUAESTIO I.

AN JURAMENTUM VI METUVE EXTORTUM, INVIOLABILITER ſit ſervandum.

CUM hæc quæſtio, cujus tractationem diſputandi gratiâ ſuſcepimus, magni momenti ſit, multumq; difficultatis habeat; (variant enim ejus deciſione Doctores, tàm Juris Civilis, quam Canonici, nec non Theologi mirificè, & non variant tantùm, ſed inter ſe maximè diſcrepant, ut quid in tanto Dd. conflictu ſentiendum & concludendum, vix certum mihi conſtet) rectè me facturum arbitror, ſi rem paulò altius ex ſuis principiis & naturæ quaſi fontibus exordiri, ac in planum deducere conatus fuero. Sunt autem hominũ actus omnes, ſecundum Principẽ Philoſophorum Ariſtotelem, vel ſpontanei ſeu voluntarii, qui principiũ agendi ex ſe ipſo habent & trahunt: vel violenti & involuntarii, qui per vim & ignorantiam fiunt. Vis rurſus vel eſt mera, cujus principium ſimpliciter & omninò extra patientem conſtitutum eſt: Et ſecundum Ciceronem, impetus eſt quidam dominans, remq; inter alienos terminos retinens; ſive, ut Juriſconſult. ait, majoris rei impetus, qui repelli non poteſt,

poteſt, *in l. 2. ff. de eo quod metus cauſſa.* Vel vis mixta, quæ mixtam habet cauſſam: ubi extrinſecus violentum qui accedit, & intrinſecus voluntas non omninò refragatur. Cùm enim quis vi metuvè perculſus quid vovet, vel pollicetur, ſpontè quidem & ex ſe non facit. Sed quia liberum eſt vel vovere & polliceri, vel potius mortem oppetere, aut cruciatus perferre: hoc nec abſolutè & merè violentum, nec etiam planè voluntarium dici rectè poteſt, ubi mens cernit & ſana quoque ſuadet ratio, quid rectum, verum & ſequendum: vincitur nihilominus ſæpè neſcio qua obſecutione prava, ut Medæa apud Euripidem:

Video meliora proboque
Deteriora ſequor.

Cæterum de prioribus ſpeciebus hîc nullus dicendi locus, ſed tantum de poſtrema, in cujus diſputatione occupatus ſum totus: Et primum veſtigiis aliorum, qui res quoque tractant controverſas inſidendo, ſententiam profero negativam, ſuiſq; rationibus & fundamentis, quæ aliquid ponderis habere videntur, confirmo: Deinde huic contrariam partem affirmativam adſtruo veriorem, & argumentorum contra pugnantium tela refuto.

Negativa itaque ſic ſtat ſententia; quod hujuſmodi vi metuvè extortum Juramentum non ſit obligatorium, nec inviolabiliter ſervandum. Quæ ſanè multorum haud vulgariter Doctorum auctoritate non ſolum eſt probata, ſed etiam textibus, quos inter cætera priori loco adducam, & ratione Juris egregiis fulcita ſatis.

Primò namque cui aureum illius Prætoris edictum magno interpretum conſenſu approbatum, non arridet, in quo ea nimirum, quæ vi metuſvè cauſa geſta ſunt, rata non habet Prætor, *per l. 1. ff. quod met. cauſ. l. 3. ff. §. unic. de bonor. poſſeſſione, & l. 3. §. ſi quis autem, ff. de conſtit. pecun.* Ita enim maximè æquum, & naturæ conſentaneum videtur, non ſartum tectumq; ſervare, illud quod non ex voluntate libera, ſed coacta & violenta profectum, *per d. l. 1. & tot. tit. ff. & quod. met. cauſ.* Nihil enim voluntatis libertati magis contrarium habetur meritò, quam vis & compulſio, ut ei omnes leges & Jura, nec non ratio ipſa reſiſtendum, ac vim metumq; omnem depellendum eſſe ſtatuant potius, quam quod ſufferenda & rata ducenda ſint hoc modo geſta, vel facta & promiſſa. Cum enim inter nos cognationem quandam natura inducat, conſequens eſt hominem homini iniquam conditionem, nedum vim & metum inferre, nefas eſſe, *l. 3. ff. de juſt. & jur.* Probat hoc idem expreſsè illa Authen. *ſacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit.* ubi Imperator Fridericus contractus & negotia jurejurando metu extorto munita nullius prorſus eſſe roboris ac momenti, decidit.

Deinde hæc pars negativa ſumma Canonum authoritate ſtabilitur. *c. Abbas. c. ad audientiam. qui met c. contingat, de jurejur. c. quamvis de pact. in 6. c. 1. & 2. ext. & in 6. de eo quod vi met. cauſſa.* quod hoc juramentum ſit contra publicam utilitatem & tranquillitatem: contra bonos mores præſtitum, *text. in c. non eſt obligatorium de reg. jur. in 6.* tùm vinculum iniquitatis, *per c. quanto, de jurejur. c. 1. § quia verò eo. tit. in 6. c. inter cætera 22. quæſt. 4. text. in cap. 2. § fin. pac. tenen. & juram firm. in extravag. Dec conſ. 180. n. 4. & conſ. 181. nu.* q; nec tres illos comites ſemper adjunctos habeat,

habeat, Judicium, Veritatem, & Juſtitiam, *c. etſi Chriſtus, de jurejuran. Gail. lib. 2. obſerv. 147. nu. 3.* quos metu & vi excluſos quis non videt. Unde rectè improbatur votum, quod non libera animi deſtinatione, ſed vi metuvè factum dicitur, *d. c. Abbas. c. auctoritatem. 17. quæſt. 1. c. præſes. 24. q. 3.* Sic Juriſdictionis protogatio metu facta ſuis viribus deſtituta in nihilum recidit, *l. 2. ff. de judic. l. ſi quis ex conſenſu, ubi Bart. & Bald. C. de Epiſc. & cleric. Panorm. in d. c. Abbas.* etiam renunciatio metu facta non valet, *l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo. Paul. de Caſtr. conſ. 174. Franc. in c. quamvis. nu. 2. de pact. in 6.* nec matrimonium metu contractum ſubſiſtit, ſed ipſo Jure nullum eſt, *per text. in c. cum locum, de ſponſalibus. Panorm. ibid. nu. 6. ubi communem dicit, text. in c. conſultationi, eodem.*

Denique optimè muniunt hanc ſententiam rationes ipſa natura nobis inditæ & approbatæ. Cum enim obligatorium ſubſtantia in libero contrahentium conſenſu conſiſtat, *l. obligationum ſubſtantia, ff. de actio. & oblig. l. Labeo. §. contractum, ff. de verb. ſignificat. l. 1. §. ſi quis. & §. cui adjicitur, ff. de verb. obligat. l. non omnis, ff. ſi certum petatur. l. 1. ff. de pact.* compulſio autem omnem conſenſum excludat ejus, cui vis infertur. *tt. ff. C. ext. & in 6. de eo quod met. cauſ.* conſequens eſt, Juramentum hujuſmodi à vi majore compulſo ſubjecto, quod nullum eſſe cenſetur, adhibitum valere non poſſe, *argum. l. fin. C. de indi. viduit. a toll. l. ult. ff. de acceptil.* Accidens enim ſine ſubjecto conſiſtere nequit, quemadmodum alterum eorum quæ ad aliquid eſſe dicuntur, ipſo remoto, quod Dialectici tradunt, & obſervant. *Doct. in l. ejus qui. ff. ſi cert. petat. & l. ſi ſervi. §. ſi modus. ff. de actio. empt. l. ſi communis ſervus, ff. de ſtipul. ſervorum, c. diſſolvendum extra. de ſponſalib. impub.* Mutuus enim ille conſenſus perficiendo contractui neceſſarius, ubi metus adeſt, conſiſtere non poteſt, *l. nihil tàm naturale. ff. de reg. jur.* Et nihil tàm conſenſui repugnat, quàm ipſa compulſio, ideoque in eodem ſubjecto conſiſtere non poſſunt, veluti ſimul pugnantes qualitates, *l. ubi repugnantia. ff. de reg. jur. l. 1. C. de furt. ubi Bald. c. diverſis fallaciis. extr. de cler. conjug.*

Et ſi diceretur ſubjectum illud non eſſe nullum: valet enim quod metu geſtum eſt mero Jure, licet à Prætore detur reſtitutio, *d. l. ſi mulier, §. ſi metu, cum ſimil.* ideoq; hoc caſu Juramentum ſubjecto non carere: quemadmodum etiam receptum aliàs, quod Juramentum contractui, ex quo reſtitutio datur, vires addat: *d. Auth. ſacramenta pub.*

Reſponderi poteſt, quod hæc de Jure Civili ſe ita habeant: de Jure tamen Canonico contrarium receptius & verius ſit, quo expreſsè & generaliter reſcriptum legimus, non habere robur firmitatis, quæcunque metu geſta ſunt, *in d. c. Abbas. & d. c. ad audientiam.* Deinde etiam reſpondetur, juramentum recipere omnes limitationes, neglectus & exceptiones, quas recipit ipſe actus, cui apponitur, *Doctor. in l. 1. C. de nov. muner. pecun.* Quemadmodum igitur Prætor actum vi metuvè geſtum ratum non habet. *l. 1. & tot. tit. ff. & c. de eo quod met. cauſ.* Ita nec Juramentum, quod ei accedit.

Quamvis autem hæc omnia ſumma ratione niti videantur, & apertiſſimis textibus probentur, affirmativam tamen ſententiam omninò amplectendam, & magis tutam, & homine Chriſtiano digniſſimam eſſe judico. Cur enim Juramen-

Digitized by Google

tum ſit invocatio nominis divini ad confirmandam jurantis fidem, ut Bald. definit, *in rubr. c. ff. de Iurejur.* conſtat inter Deum & Jurantem negotium & obligationem contrahi, quæ nullo modo eſt eludenda, juxta illud Matthæi 5. Redde Deo votum tuum, cum ſimilibus, nec nomen Domini prophanandum, juxta ſecundum præceptum decalogi, cujus rei plurima exempla exſtant in ſacris literis, ut de Sedechia, cui Dominus iraſcebatur, quod fidem Nabochdonoſori datam fregiſſet cum ſimilibus. Nam divini Juris norma inflexibilis eſſe exiſtimatur, *cap ſunt quidam. 25. q. 1. c. literas, de reſtit. ſpol. ubi gloſſ. Hoſt. Ioann. Andr. & Panorm hoc notant. c. ex publico, de conver. coniug.* Cum igitur ex divinæ legis fontibus Jurisjurandi vinculum proficiſcatur ac cuſtodiatur, vel relaxari, nec legis humanæ diſpoſitione illinc naſcens obligatio facilè immutari poteſt. *Matth 5. Pſalm. 13. d. c. ſunt quidam, l. Iura ſanguinis, ff de reg. iur. tradunt omnes in c. qui Eccleſiarum, de conſt.* Unde & eum, qui juravit, ut promiſſa ſervet, Eccleſiaſtica cenſura cogendum ſæpius conſtitutum eſt, *c. quanta debitores, & c. cum quidam, de Iureiur. c. licet. in 6. eod.* Qua quidem Juris divini ratione introſpecta juramenti nexum indiſſolubilem eſſe, niſi imparabilis animæ (nõ quidem recipientis ſed promittentis) detrimenti ratio aliud ſuadet, ipſi etiã canones ſanciunt, quibus in hac quæſtione juramenti præſtiti juxta communem ſtandum erit, *c. ſurrebunt 22. q. 4. c. etſi Chriſtus. c. cum contingat, de Iureiur. c. 1. eod. in 6. c. quamvis, de pactis eod. lib.* cum infinitis aliis, ubi omnes tradunt, cujuſcunq; temporalis damni rationem ob ipſius æternę ſalutis finem negligi, *c. inter corporalia, de transl. Epiſc. c. novit. de iudic.* & Juramentũ omnino ſervandum, & inviolabiliter cuſtodiendum, quando ſine interitu ſalutis æternæ ſervari poteſt, *d. c. cum contingat, Auth. ſacramenta puberum, C. ſi advers. vend. ubi Doct. communiter & in l. pactum quod dotali.* Cum autem Juramentum vi extortum, modò non ſit contra bonos mores, & ſine detrimento æternæ ſalutis ſervari poſſit, ſervandum eſſe concluditur, non attenta pecuniæ jactura, cum nihil profuerit, ſi mundum lucraris, & damnum in conſcientia facias, ut ſacræ nos admonent literæ. Secus autem planè dicendum ſit, ſi ſervandum vergeret ad æternæ ſalutis detrimentum, *Bero. in c. 2. num. 47. verſ. præterea, de reſtit. ſpol. Bald. conſ. 29. lib 3. Alciat. in c. cum contingat, n. 37. de Iureiur. Menoch. de recup. poſſeſſ remed. 1. n. 228.* Et in hanc ſententiam Theologi præſtantiſſimi abeunt.

His ſic breviter pro affirmativa opinione adductis, non obſtant textus Juris Civilis & Canonici atque aliæ rationes ſupra in contrarium adductæ. Primò enim conſtat, Jus Civile & Canonicum contra Jus Divinum nihil valere: Etenim Deo magis obediendum, quàm hominibus.

Cum itaque textus ſupra allegati & in contrarium adducti, Juri Divino adverſentur, conſequens eſt, ne tum quidem, cum rogarentur promulgarenturque valuiſſe, *Bald. adhæc num 2. C. de uſur. Cagn. in l. curabit. nu. 4. C. de actio. empt.* Sic nec conſuetudine Jus Divinum antiquari poteſt, *Hippo. in l. 1. num. 102. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* quod inferior ſuperioris legem non tollat. *c. cum inferior, de maior. & obed. gloſſ. in l. fin. Cod. ſi adverſ. util. publ. & c. cum ſunt quidam. 25. quæſt. 5.* Nam utcunque in leges humanas non vilis conſuetudinis auctoritas, in Jus tamen Divinum nullius eſt momenti, *argum. in l. Iniuriar. §. fin. ff. Iureiur.* Nec

contra

contra ejus inſtitutionem ulla currit præſcriptio, *Bald. l. 2. C. de uſur. c. ad audientiam, c. cum venerabilis, fin. ubi Doct. ext. de conſued. c. ad noſtram. de probat. c. cæterum. de Iureiur. clem. 1. de uſur.*

Non etiam facit negotium, quod de defectu conſenſus & voluntatis adducitur: quia metus regulariter non excludit conſenſum, & conſequenter actum ex illo conſenſu dependentem non vitiat ipſo Jure, eò quod coacta voluntas etiam voluntas dicatur, & operetur voluntatis effectum, *l. ſi mulier. §. ſi metu coactus, ff. quod met. cauſ. ubi gloſſ. in verb. volui, & Doctor. l. qui ita in princ. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian. ubi & gl. not.* Non obſtat etiam quod talis contractus ſtatim & ab initio ſit ipſo Jure nullus, & quod propterea Juramentum nihil inveniat ac habeat, quod confirmare poſſit. Licet enim hæc ita ſecundum Jura eſſe quidam aſſerunt, (quorum opinionem non uſquequaque admitto) expreſſi tamen Juris eſt, Juramentum non tam rationem ſubjecti validi, cui annectitur, quam perjurii & nominis Divini obſervandum eſſe, *Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor. Panorm in c. ſignificante. de pignor. & in c. cum contingat, de Iureiur.* Conſtat autem à diverſis & ſeparatis malè inferri, *l. final ff. de calumn. & ibi notat. l. neque natales c. de probat. cum ſimil.*

Unde pactum de non ſuccedendo aliâs invalidum, *l. pactum quod dotali. C de collat. ubi Bald poſt veteres.* Juramento firmatur, *c. quamvis de pact. in 6. ubi Doct. Gail. lib. 2. obſerv. 147. n. 1.* Ita alienatio fundi dotalis Juramento mulieris firmata ſecundum Canones non retractatur, *d. c. quamvis,* utcunque Jure Civili ea invalida ac infirma ſit, *tot. tit. ff. & C. de fundo dotali.*

Quod denique de relaxatione Juramenti ſeu diſpenſatione allatum eſt, pernitioſus ſanè error, & peccata cumulans, mihi videtur. Nulli enim homines poſſunt ſolvere vinculum Juramenti, cum permiſſio reipſa confirmata eſt Juramento: quia hæc obligatio, ut ſ. dictum eſt, fit immediatè inter DEUM & hominem, ut Matt. 5. dicitur, Non peierabis, ſed ſolves domino vinculum tuum. Quod igitur homo non ligavit, id nec ſolvere poteſt. Actum enim qui fecerunt, hi eundem contraria voluntate diſſolvere poſſunt: Cum naturali rationi conveniat, ab eodem fonte deſtructionis effectum proficiſci, à quo conſtructionis opus derivavit, *l. nihil tam naturale, de reg. iur. c. 1. extr. de reg. iur.*

Proinde abſolutionem hanc periculoſam, & non uſquequaque pro religione noſtra tutam, ab omnibus Chriſtianis fugiendam, & propter ſacramenti obligationem ſatius aliquid damni in bonis ſuſtinendum perferendumq;, quam conſcientiæ vulnus infligendum eſſe judico. *per c. cum licet, de regular. c. duæ ſunt. 19. quæſt. 2. & quæ tradit Roman. conſil. 437. colum. ultim. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis pro eo in primo notab. ff. de fideiuſſ. & in conſil. 205. in antiquis.* Ex his omnibus aliiſque, quæ adduci poſſunt, liquidò conſtat, negativam opinionem, qua Juramen vi metuvè extortum non obſervandum traditur, erroneam, impiam & Chriſtiano homine indignam eſſe, ut etiam præſtantiſſimi noſtri ætatis Thologi, Philipp. Melanth. in Ethic. & alii complures atteſtantur. Secundum veram igitur Chriſtianam & communem Theologorum rectè ſentientium ſententiam, non licuit, licet aut licebit Chriſtiano homini extra peccati aliarumq; pœnarum, præſertim

Digitized by Google

iræ Dei viventis & Salvatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, incurſum, Juramento etiam vi extorto contravenire, aut abſolutionem petere ſed illud potius, maximè ſi non vergat in detrimentum ſalutis ipſius promittentis, nec contra bonos mores ſit, non quidem merè civiles, ſed naturales, inviolabiliter, ad retinendam bonam conſcientiam, ſervandum & cuſtodiendum. M. DIXI.

QVAESTIO II.

AN PUELLA, QUAE JURAMENTO RENUNTIAVIT PATERNÆ ET MATERNÆ HÆREDITATI, ob enormiſſimam læſionem contravenire, & ad ſucceſſionem admitti poſſit?

QUÆSTIO hæc, An puella, quæ cum juramento renuntiavit paternæ hæreditati, ſi enormiſſimè & ultra dimidiam juſti pretii lædatur, petita Juramenti abſolutione, renunciationem vel pactum reſcindere, & ad ſucceſſionem admitti poſſit, valde anceps & controverſa eſt. Nàm adeò in hac variarunt Doctores, ut, quæ ſit communis opinio, vix appareat: cum non pauci hinc inde pro ſua parte communem atteſtentur: alii uno in loco hanc opinionem ſecuti ſint, & rurſus alio in loco contrariam dixerint. Proinde argumentis ab utraque parte adductis & ponderatis, enumeratis etiam Doctorum auctoritatibus, qui diverſas ſententias tenuerunt, quæ ſit verior & receptior ſententia, nobis ex his eliciendum & oſtendendum eſt.

Rationes ergò, quæ pro negativa ſententia pugnant, ſunt. Primò, quod Juramentum, quod ſine ſalutis æternæ interitu, ſervari poteſt, ſemper eſt ſervandum, *juxta c. cum contingat, cum aliis ſimilibus, de Iurejur.* Et quia Juramentum principaliter dirigitur in DEUM, legibus humanis non eſt ſubjectum, nec ab ea poteſt peti abſolutio, *c. cum licet, de regular. c. duæ ſunt 19. quæſt. 2. & tradit Roman. in conſil. 437. in ult. col. & Paul. Caſtr. in l. ſi quis pro eo, in primo notab. ff. de fidejuſſ. & in conſil. 206. in antiquis.* Nec poteſt dici, puellam decipi, & dolum ſaltem reipſa intervenire, quia cum renunciet hæreditati, ſcit ſe magnum emolumentum dimittere. Unde ſibi imputare debet, ſi ob rem minorem rei magnæ æſtimationis vult renuntiare: quia qui ſcit ſe magnæ quantitati renunciare, non poteſt dici reipſa deceptus, *l. quiſquis, cum ibi notat. C. de reſcind. vendit.*

Et ſi eſſet verum, quod puella admitteretur ad reſcindendum contractum, nunquam poſſet minor donationem juramento confirmare, quia ſemper diceret, ſe enormiter læſum, & re ipſa deceptum, & tamen eam nunquam revocat, *juxt. Auth. ſacramenta puberum. ubi gl. & Doct. C. ſi adverſ. vend.* Si ergò non reſcinditur donatio à minore juramento confirmata, in qua ubique & in totum læditur, nunquam reſcindetur renunciatio, quæ fit aliqua quantitate accepta, cum in totum hic non poſſit dici læſus, qui renunciat. Item ſequeretur, quod alienatio fundi dotalis, quia per eam mulier indotata efficitur, & ita læditur, *leg. 1. §. & cum lex. C. de rei uxor. act.* non poſſet Juramento confirmari, quod eſt contra d. c. *cum contingat ubi declarat Imol. & in c. Quintanallis de iureiur. & in l. cum vir, in l. 12. coll. ff. de uſuc.*

Deinde

Digitized by Google

Deinde Juramentum habet vim clauſulæ,ut actus valeat omni meliore modo, quo poteſt, *l. cum pater.77. §. filius matrem.23. & ibi Doct. ff. de legat.* 2. Et ideò puella non poteſt dici reipſa decepta, quæ etiamſi lædatur, cenſetur velle validam eſſe renuntiationem, quin imò Juramentum: habet enim vim expreſſi & ſpecialis caſus enumerati, ut ait Bald. *in leg.1. C. commod. & Roman. in leg.1. §. ſi quis ita, ff. de verb. obligation.* & Angel. *in l. ſervus, C. qui teſtam. facere poſſunt.* ubi ait, Juramentum habere jura ſpecialis & ſpecifici contractus. Pro hoc facit, quod tradit Alciat. *in rubr. de verb. obligat. ad fin.* Ubi ait, Jurantem deliberatè ad contractum accedere.

Porrò ſi reſcindatur renuntiatio prætextu enormis læſionis & doli,qui reipſa dicitur intervenire, ſequeretur plerunque, irritam eſſe diſpoſitionem *d. c. cum contingat, & c. quamvis, de pact. in 6.* ubi de omni modo ſervandum eſſe Juramentum, quæ dictio ſignificat ſine aliqua diſtinctione, *juxt. leg. 3. §. at hoc edicto. ff. naut. caup. ſtab. & declarat. Aret. in leg.1 in 1. coll. & 1. notab. ff. de legat. 1. gl. in Clement. 1. verſ. omninò, de vita & honeſt. Cler. Archid. & Ioann. Andr. in c. ex eo, de elect. in 6.* Facit Auth. *ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* quæ præcipit, ut Juramenta inviolabiliter obſerventur, quaſi dicat, omni remota diſtinctione & quocunque caſu.

Præterea fruſtra, præſertim à majoribus, adhiberetur Juramentum, niſi per illud removeretur reſciſſo contractus prætextu enormis læſionis, *contra l. ſi quando, de legat. 1. & c. ſi Papa, de Privileg. in 6.* Nec cuiquam reperitur prohibitum renuntiare rebus ſuis, imò eſt conceſſum. *l. quod ſi nolit. §. ſi quid venditor. ff. de Aedil. edict. c. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. facit in re mandata, C. mandati, & tradit Petr. de Anchor. in conſil. 433. Poſtquam iſta domina. ad fin.* unde ex prædictis non videtur reſcindendus contractus Juramento confirmatus.

Denique poſito, ſed non conceſſo, quod poſſit peti abſolutio à Juramento, & contractus reſcindi prætextu enormis læſionis,non tamen ei puellæ concedenda videtur, quæ bonis paternis, & maternis renuntiavit in præſentia parentum, fratrum & amicorum: quia tum ceſſat, ſuſpicio fraudis, juxta tradita à Bart. Bald. & Angel. Salic. Iaſon. & aliis *in l. tranſactionem. C. de tranſact. gl. & Bald. in l. Polla. C. de his quib. ut indig. Bart. in l. ult. ff. ſi quis aliqu. teſt. probib. Can. in c. cauſſam matrimonii, de offic. deleg.* præſertim ſi etiam urbis præfectus intervenit: nam ex ejus præſentia & decreto tollitur omnis doli, fraudis & metus præſumptio, *juxt. tradita à Bart. in l. frater à fratre, verſ. 3. quæro quid de contractu emptionis, ff. de condict. indeb. & probatur in l. 1. Et ibi Bartol. not. C. de prædiis decur. lib. 10.* ubi Bartol. in terminis ait: Decretum Judicis operari, ne quis poſſit dicere, ſe deceptum ultra dimidium juſti pretii, & idem Ang. *in conſ. 136. tutor uxore, in fin. & in d. l. 1. Bald in d. l. 1. & Abb. in c. cum dilecti, de empt. & vendit.* Et ideò Cœpolla *in caut. 181. incip. ſemper allegatur,* dat cautionem ad removendam omnem doli ſuſpicionem, ut ſemper adhibeatur Judex. Idem Bald. Paul. Caſtr. Salic. Alex. & alii *in l. pacta noviſſima, C. de pactis, cum aliis ſimil.* Ex quibus concluditur, puellam non videri poſſe venire adverſus renuntiationem Juramento firmatam, prætextu enormis læſionis contra dimidiam juſti pretii.

Digitized by Google

Præter jura & rationes,quibus nititur hæc opinio,comprobatur etiam au-ctoritate,& hanc partem prius tenet gl.ult. *ad fin.in c. penult.de empt.& vend.* & gl. magna *in l.2.verſ. item quid ſi iſte, C. de reſcind. vend.* dicentes, minorem, qui prætextu enormis læſionis juravit, non venire contra conventionem juramento firmatam. Idem etiam ſequitur Alex.*in conſ.42.incip. ſuper præmiſſo themate, in penul. & ult.col.nu.30.& ſeqq.vol.1.* ubi etiam teſtatur, hanc eſſe communem,gl. & Doct. ſententiam. Idem etiam tenuerunt Bart. *in conſ.90.incip. dilecto domino Franciſco, in ſecundo. Imol. in l. qui ſuperſtitis, in l. col. Ludov. Roma. & ibi Aretin. in 4. col. verſ. add. etiam ad prædictam limitationem, ff. de acq. hæred.* Ita etiam interpretatur ibi Imol.voluiſſe Ricard.Bart. Salic. *in l. Pactum quod dotali,in penult.col.verſ. aut paciſcitur filia,C. de pactis,*& dicunt prædicti Doct. quod ſi filia, quæ nihil habuit, renuntiet paternæ ſucceſſioni, poterit reſcindere contractum: ſecus vero ſi dotem habuerit,licet non magnam: quia tunc juſta eſt cauſſa renunciandi. Et idem vult Aret. *in loco præalleg.*licet ob corruptum Codicem aliud ſentire videatur in ultimis verbis, quæ ita ſunt intelligenda, quia ſequitur Imol. ita aperte dicentem. Ergo ejus verba,niſi ita intelligantur, ſenſum non habent. Idem ſenſit Dominus Archid.Ioan. Andr.& Imol. *in d.c.quamvis de pact.in 6. Alex.in conſ.122. viſa facti narratione in 2. col.n.5. verſ. non obſtat ſi diceretur,& verſ benè facit quod not. Archid. vol. 2.& ita interpretatur voluiſſe Imol. in l.cum vir.in 8 col.verſ. item adverte. quod quando mulier. ff. de uſuc.& Ang. in conſ.312. ſed omnes. & l. ſi quis pro eo, in fin. pr.verſ. item adde quia Iuramentum confirmat contractum*, & ita etiam ait conſuluiſſe Paul. de Caſtr.& Petr.de Anchor.*in conſ.433. poſtquam doctrina*, & eſſe de mente Bald. *in L. C. ſi adverſ.vend.* Ita etiam conſuluit Alex. in majore qui juravit, *in conſ.53. viſis & conſideratis ſtatutis,in 8.col.n.21.verſ.1. quia illud remedium,& verſ. non obſtat quod juramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum.vol 3. & illud.conſ.eſt repetitum in conſ.33. ſuper contingentia facti, in 2.col.n.9. verſ ſed ad iſta omnia. Socin.conſ.115. circa.1. quæ. in 3.col.verſ. ſed dato quod fuiſſet nullus,nu.6.vol.1.*

His tamen minimè obſtantibus,puella,quæ ultrà dimidiam juſti pretii læſa fuit,non obſtante juramento,renunciationem reſcindere poterit,&iſtud juribus, rationibus & auctoritate probabimus, ac contraria refellemus. Inprimis igitur comprobatur hæc pars,quia dolus,in Juramento interveniens,neminem obligat. *c.non eſt obligatorium, de reg. jur. in 6.c. ſi verò, de Iurejur. & d.c.quamvis,de pact.in 6.* Sed hic intervenit dolus,ſi non ille,quo ſe homines calliditate decipiunt invicem, ſaltem dolus qui appellatur reipſa ſeu ipſius rei,de quo expreſſe loquitur,*l.9.ſi quis cum aliter,in fin ff.de verb.oblig.* Et ubi dolus dicitur intervenire,& rei ineſſe, contractus eſt iniquus:veluti quando quis decipitur ultra dimidium juſti pretii,ut ibi gl.Bart.Paul. Caſtr.& omnes Doct.exemplum ponunt. Hic ergò etſi contrahens non decipiat,quia tamen iniquus eſt contractus,dolum res ipſa continere dicitur, & ob id Juramentum non obligat contrahentem, quia dolo non adſiſtit.

Deinde Juramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſed habet tres Comites: Veritatem, Juſtitiam & Judicium, *c.animadvertendum.22.q.2.c.etſi Chriſtus,de Iureiur.not.gl.in authen.quod eis.C de nupt.* Sed ubi quis decipitur ultra dimidiam juſti pretii, non adeſt Juſtitia, ſed iniquitas. Ideò Juramentum non eſt ſervandum,

Digitized by Google

vandum, & tanto magis, quia ubi quis læditur in contractu, præſumitur etiam dolus contrahentis, ut ait Bart. *in l. ult. ff. de præt. ſtipul.* Porrò prædicta audacius ſunt ſuſtinenda, ſi mulier ſit minor annis 25. quæ bonis paternis & maternis renunciavit. Nam tunc etiam Doctores qui tenent contrariam partem, fatentur contractum Juramento ab enormem læſionem poſſe reſcindi. Nam licet ſcienti & volenti dolus non inferatur, *l. cum donationes, C. de tranſact. l. 1. §. ult. ff. de act. empt.* Mulier tamen & minor, quando ſine juſta cauſſa aliquid faciunt, præſumuntur ex fragilitate, facilitate, & ſimplicitate id facere, ut habetur, *in l. cum de indebito, §. ſin autem is qui indebitum, ff. de probat.* & tradit Bald. *in rubr. C. de rerum. permut. num.* 4. ubi ait, ſimplicitatem in minore præſumi, qui ſi juret, ob ſimplicitatem ei nihil nocet: quia Juramentum ut captioſum & injuſtum ab Epiſcopo eſt remittendum: Et licet Juramentum eum majorem repræſentet, non tamen fingit prudentem & diligentem: & citat Ariſt. qui dicit, mulierem habere conſilium invalidum, minorem autem imperfectum. Et quod minor enormiter læſus poſſit venire contra Juramentum, tenuit etiam Ant. Cagn. *in repet. l. 2. in 9. & 10. q. n. 103. C. de reſc. vend.* ubi hanc dicit eſſe communem opinionem, & plures citat hoc tenentes, *n.* 111. & idem ibi Bart. tenet, *n. 10. verſ. quæro quid ſi minor.*

Præterea, ſi mulier ob reverentiam erga patrem creditur conſenſione ob metum illum, quem reverentialem vocant, contractum reſcindere poterit, *iuxta l. 1 §. quæ onerandæ ubi Bart. ff. quar. rer. act. non dat.* Item ſi renuntians ignorat valorem rei, quod præſumitur in dubio: & ut ſuprà probavi, plures eorum qui ſunt in prima opinione, tranſierunt eo caſu ad hanc communem, ita ut his & aliis concurrentibus minimè dubitandum ſit, hanc ultimam ſententiam eſſe magis communem & receptiſſimam.

Denique poſito, non tamen conceſſo, quod non appareret hæc communis opinio: adhuc tamen ſtandum eſſet huic ultimæ parti, quia omnes, etiam qui tenent contrarium, fatentur hanc opinionem eſſe æquiorem. Ita fatetur Alex. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, in 3. limit. & Cagn. in d. l. 2. in 9. quæſtione. C. de reſcind. vendit.* Et ubi non apparet communis opinio, ea eſt tenenda, quæ eſt æquior, & contra eum etiam judicandum, qui tractat de lucro, prout eleganter determinat Socin. *in conſ. 150. in pen. col. verſ. final. vol. 1. & Petr. de Anchor. in ſuo celebri conſ. 220. Caſtr. in l placuit, ad fin. C. de iudic.* ait in dubio amplectendam eſſe æquiorem & benigniorem partem, & magis etiam iſtud obſervandum eſt in terris, quæ ſemper nititur æquitate, *c. dilecti de iud.* Cùm ergò æquius ſit reſcindi extortam renunciationem, & mulier læſa tractet de damno vitando, ſine dubio ipſa eſt audienda, & ejus petitio admittenda.

Supereſt nunc, in ea in oppoſitum adducta tollamus: Et licet ex prædictis pateat reſponſio, ſigillatim tamen unumquodque diluemus. Non obſtat igitur, primò, quod juramentum ſit ſervandum: quia fatemur id verum eſſe, niſi iniquus ſit contractus, & dolum ſaltem reipſa contineat: quia juramentum dolo interpoſitum, non ſervatur, *dict. cap. quamvis de pact. in 6. cum aliis ſimilibus.* Et paria ſunt hoc caſu, dolum ex propoſito aut reipſa intervenire, *dict. l. ſi quis cum aliter, ubi*

Digitized by Google

